68
13 E 21

Digitized by Google

Digitized by Google

1545

Liber de Libe=
RO ARBITRIO ET OPERIBVS.

Ioannis Antonii Panthuſæ
Conſentini.

Coll. Rom. Societ. Iesu
BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



5.20.F.18

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO NICOLAO CARDINALI ARDINGHELLO, IOANNES ANTONIVS PAN-THVSA. S. D.

NON *immerito ſapientiſſimus* ille Salomon, *oībus mundi rebus, ſapientiam præferebat. Sapientiam ſiquidem, non hutas ſæculi, ſed quam poſſedit* Dominus *in initio viarum ſuarum, antequam quicq̃ faceret à principio. Ac ſi* Deus *ibi eſt, vbi operatur. In ſacris eloquijs ipſum inhabitare nihil eſt quod ambigamus. Quis. n. niſi veritas, veritatem cōmonſtrat? cuius, niſi ſapientiæ docendi munus eſt?* Vnde *niſi à lumine, lumen diffunditur? Quamobrē ignē ſacræ ſcripturæ, quicquid veri hēre uolumus, antea probetur, neceſſe eſt. Quod ego, ut aſſequerer, in hoc, de libero arbitrio, & operibus libello: enixe quoad potui, elaboraui: Quem tu ampliſſimo nomini tuo dicatum, iudica, & foue.*

Cum in dictis in aliquibus locis [illegible] legendus [illegible] auctor [illegible]
et catholicus et utilis est [illegible] historia

LIBER DE LIBERO ARBITRIO ET OPERIBVS.

CAPVT I.

QVIA INTENDIMVS (auxiliante & præſtante Deo, a quo omne bonū eſt) tractare de libertate arbitrii; qua negata, peſſundarent virtutes: inutiles eſſent correctiones. Neceſſariū duximus, determinare prius, quæ fuerit in hoc Ariſt. intentio: multos. n. errare video in via ſua. Cum ergo inter alias animæ potentias, ſint intellectus vocatus poſſibilis, & voluntas: Dubitant multi, in quo principalius & eſſentialius ratio libertatis cōſiſtat. Nec iſta eſt illa quæſtio, quā introducunt ſubtiles quidā: An videlicet poſſit eſſe error ī volūtate ſine errore in intellectu: hoc nō intendimus: Sed volumus declarare, cum intellectus & voluntas ſequantur ſe ad inuicem in operationibus ſuis: quæ virtus determinat: cui error attribuitur: quæ potentia pōt impedire: & quæ punienda venit. Sunt. n. quidā qui exiſtimant, ꝙ tota plenitudo libertatis ad intellectū pertinet, qui practice ſyllogizat & præcipit, quod voluntas eligit, quia voluntas nō fertur niſi in cognitum: et ex cōſequenti, præcipiente intellectu, ſequitur executio ex parte voluntatis, quæ nō pōt ferri ad oppoſitū concluſionis ſyllogiſmi prudentialis. Ecce dicunt iſti, qūo error & libertas in intellectu eſt, & cōſequitur error in volūtate, ex errore in intellectu. Sed quia ſic opinantes, neq; peripatetice, neq; Theologice loquūtur: in hoc capite (ſecundū Ariſt. doctrinam) veritatem enucleabimus. In reliquis, quid ſacra eloquia dicant inducemus. Scito igitur primo, ꝙ ſi voluntas illa eſſet, quæ vult & appetit: oporteret vt illa cognoſceret obiectū pn̄tatum ab intellectu: qa nō pōt ferri, niſi incognitum appetenti. Nō. n. ſufficeret voluntati, ꝙ intellectus intelligeret: ſed oporteret vt voluntas cognoſcens appeteret: & ita voluntas, ſimul eſſet voluntas, & intellectus. Oportet ergo ſcire, ꝙ anima eſt quæ intelligit & vult. Et ſi in primo de anima, omnia opa Ariſt. cōpoſito tribuit: illud eſt, quia nōdum exactam notitiam dederat de intellectu, neq; intellectum adhuc ſeparauerat á ſenſu. Sed in. 3. de anima (vbi traditur notitia de anima) habet, ꝙ intelligere (licet ſit per cōuerſionem ad phantaſmata) tn̄ in anima recipit, nō in cōpoſito, aut in potentia aliqua organica. Ideo dixit Ariſt. De parte autē animæ qua cognoſcit anima & ſapit. Anima igitur eſt, quæ per intellectū intelligit, & per voluntatem vult: & ita anima volens, fertur in obiectū cognitum ſibi per intellectum. Vlterius animaduerte tu Thomiſta, & peripateticæ (vt habes apud Tho. pri. parte. quæſt. 80.) ꝙ intellectus nō intelligit ſingulare per ſe: Aliquid. n. intelligere poſſumus duobus modis: In ſeipſo, & in alio. In ſe quidem, cū conceptū illius rei quam intelligimus formamus, in quo res obiecta intelligitur, vti in eo quod primo intelligit: vt in conceptu differentiali hominis, intelligitur homo vt notat Tho. in tract. de natura verbi. In alio vero intelligimus: cum ex eo qd ſecundū proprium cōceptum intelligimus: illud intelligimus, vt intelligētes qd

ſit infinita ſapientia, arguimus rem excellentiſſimã eſſe, quæ illi ſubſtat. Quid tamen ſit, penitus ignoramus. Nam & habentes etiam propriũ conceptum, quid ſit primũ mouens, quid tamẽ Deus ſit ignoramus: quia quæſtio, ſi eſt de Deo, nõ terminatur per eſſentialia: Ideo nõ habetur quid eſt, ſecundũ artem traditam ab Ariſt. Poſteriorum. 2. Cum. n. quæſtio, ſi eſt de aliquo, terminatur per prædicata cõmunia, etiam ſubſtãtialia: p accidentalia terminari intelligitur, accipiendo accidens, vt capit Ariſt. in fallacia accidentis: & qui ſciret hominem eſſe, quia tantũmodo ſciret riſibile eſſe, illud non vere ſciret: Quod. n. ſecundum accidẽs ſcitur, nõ vere ſcitur. Secundũ accidens vero, intelligit Ariſt. 2. Poſt. ſecundũ aliud. Aliud autẽ ibi dicitur, & extraneũ accidens, & paſſio, & prædicatum cõmune etiã ſubſtantiale. Vnde ſcire intelligentias eſſe, quia motores ſunt: eſt ſcire ſecundũ accidens, & vt habent rationem mouendi. Et ſcire quia ſubſtantiæ immateriales ſunt: eſt ſcire ſecundũ accidens, ſecundũ prædicata cõmunia. Scire autem vere, eſt cognoſcere ſecundũ proprium & eſſentialem conceptum: Ita ꝙ acies intellectus feratur ſuper ipſum eſſe, vt ipſum eſt, &, vt diſtinguitur ab extraneis & cõmunibus: & quod in alio intelligitur, ſecundũ ſuam rationem formalem ignoratur: ideo directe ignoratur, & in alio & arguitiue intelligitur notum quãtum ad quæſtionẽ ſi eſt. Ignotum vero quãtum ad quæſtionem, quid eſt: quo tendant hæc: ſi ſapis, intelliges. Dico igitur, ꝙ nunquã cõcipimus hoc album, aut huic hominẽ proprio conceptu, in intellectu exiſtente, vt intellectus eſt, quãuis ſingularitatem concipiamus in cõmuni. Et licet ponamus differentiã inter hoc & vniuerſale, ita vt oporteat vtrũq; cognoſcere: ſufficit arguitiua cognitio, & in alio nõ ſecundũ proprium conceptũ formalis rationis illius. Quia. n. homo per ſe non ſubſiſtit: intellectus intelligit ꝙ in rerum natura eſt res quædã ſingularis: Concipitur aũt ſingulare, nõ proprio ſed alieno conceptu: qui tamẽ conceptus, ſingularis eſt, arguitiue, non repræſentatiue: Ita ꝙ intellectus, ſecundũ Thomæ doctrinã & peripateticã: hoc indiuiduũ ſignatum, nunquã attingit conceptu proprio, niſi in cogitatiua, quæ aliqua ratio ab Auer. vocatur. Vnde intellectus format hanc propoſitionem. Sortes eſt homo ſolo conceptu confuſo, & quid nominis & arguitiue contentus in ſeipſo. Proprium vero nõ attingit, niſi in cogitatiua: & ex hoc accepit argumentum Io. Philoponus, ꝙ ex parte intellectiua & ſenſitiua, ſit anima hominis, vt ex duabus ſemianimabus: Nã cum inductio, vna ſit operatio, & antecedens ad cogitatiuã pertineat: ꝯſequens ad intellectum videt̃ ex vtraq; vna forma fieri. Et hanc opinionem exiſtimauit aliquãdo Sueſſanus, ꝙ eſſet ad mentẽ Auer. Nos autẽ dicimus, ꝙ vna anima eſt in hoĩe, & ꝙ plures habet potentias, & ꝙ intellectus nunq̃ habet conceptũ proprium Socratis, ſed confuſum & in alio, & hoc ſufficit ad formãdas propoſitiones ſyllogiſmi practici. His notatis, ſcito ꝙ Ariſt. primo Moralium magnorũ cap. 1. & 2. Moraliũ cap. 6. in Socratẽ quæſtionem mouet, & ſoluit: ſolutionem vero ponit non ſolũ ibi, ſed in. 3. Aeth. cap. 1. Introducit ergo Socratem dicentem, ꝙ virtutes eſſent ſcientiæ: & ita virtutes in ſolo gignerẽtur intellectu. Dicebat etiã, ꝙ nemo incontinens eſt, quia nemo eſt, qui ſciẽs mala eſſe mala, poſſit illa eligere. At incontinens ſcit mala eſſe mala. Ariſt. vero diſtinguit, ꝙ ſcire duobus modis, dicitur in vniuerſali, & in particulari.

Aliquis

Aliquis.n.ſcit oẽm mulã eſſe ſterilẽ:neſcit tñ an hæc mula ſit & ſterilis. Inconti/nens igiť vniuerſalem habet ſciam, ſed particularem nõ habet: ideo ſciam non exercet:nam paſſio præponderans, ac obtinens rõcinium quieſcere facit:at ſoluta paſſione, perinde ac ebrietate idem rurſus exiſtit, dicit Ariſt. qui intẽperatum Ethico aſſimilat: incontinentẽ vero, ebrio, Ethi.7. & quod incõtinentia eſt circa concupiſcentias tactus:& ideo cõtinentia, eſt circa eaſdẽ, non ſicut quas moderetť, quod pertinet ad tẽperantiã quæ in cõcupiſcibili eſt: ſed circa eas eſt, vti eis reſiſtens: Vñ oportet ꝙ ſit in alia potentia, quia reſiſtẽtia eſt alterius ad alterum, vt notat Tho.2.2.q.156. Eſt.n.ꝯtinentia in voluntate, vt declarabimus. Verum animaduerte, ꝙ Ariſt. Eth.7. dicit ꝙ incõtinens nõ eligit:& præter electionem eſt, inquit ille cap.8. quod intelligere oportet, nõ ꝙ nõ eligat: quia ſic cõtinentia & incõtinentia eſſent extra principia actuũ moraliũ:nam extra liberũ arbitriũ, nõ eſt morale aliquid, ſed nõ ſe habet ꝑ modũ eligentis, quia in perturbatione exiſtit: Notandũ inſuper, iuxta Thomæ doctrinã, in eadẽ quæſt. ꝙ voluntas intẽperati, inclinať ex propria electione.i. per modũ eligẽtis, & propria principia electionis: quæ ſunt, intentio finis, quæ intẽperato mala eſt:& cõſilium, quod ex intẽperantia eſt, quietum eſt: ideo ethicæ aſſimilať: & voluntas intẽperati, eligit & in/clinať ad peccandũ ex habitu acquiſito, non tñ exiſtente in voluntate, ſed in cõcupiſcibili: ſcd͞m Ariſt. doctrinam. Ex frequentatis aũt actibus, incõtinentiæ vř habitus generari in volũtate:& ita incõtinentia non eſſet diſpoſitio. Et dicendũ, ꝙ illud eſſet in ſubiecto nato, mõ voluntas non põt ex actibus habitũ acq̃re/re, qui pœnitentiã tollat: Semp.n. incõtinẽtem ſequiť pœnitentia:& ſi ex electione procederet, iam nõ eſſet incõtinens, ſed intẽperatus, & cõtinentiæ Ariſt. vitiũ oppoſuiſſet, quod tñ nõ fecit: Vñ ethi.7. cap.8. dicit. Atq; oino diuerſum eſt genus incõtinentiæ atq; vitii: & infra. Patet igiť incõtinentiã, vitiũ non eſſe, & dat rõnem, quia vitiũ eſt cum electione: incontinens eſt præter electionẽ. Vñ neq; cõtinentia virtus eſt, neq; incõtinentia vitium: ſed imperfectũ quid in genere vitii, & incontinentia, diſpoſitio eſt nõ habitus, & inclinat ad nõ reſiſtendũ: qm̃ tempore pugnæ & inſurgentis paſſionis ſe exercet: Ideo extra pugnam apparet pœni/tentia. Intẽperantia vero, ad ipſa turpia ſimpl'r proſequenda inclinat: ideo dicit Tho. ibidem, ꝙ in intẽperato, libido voluntatis maior eſt, quia eſt ex ꝓpria elec/tione, quæ procedit ex habitu acquiſito in appetitu cõcupiſcibili. Ideo intẽpera/tus etiã, ex leui cõcupiſcentia peccat. Incõtinens, niſi a graui cõcupiſcentia ebrius fiat, nõ peccat: quia habet rectã extimationẽ finis, & ſciam:& niſi ab ebrietate impediať ab vſu (vt dicit Ariſt.) ipſe vtiť ſcientia, & cõcupiſcentiæ reſiſtit, quæ la/tebras quærit, & doloſe ſubintrat. Vlterius progrediendo: Animaduerte peripatetice, ꝙ cũ prudentiã dicimus, rectam rõnem agibiliũ dicimus: Et ideo quidam ſubtiles ſcholaſtici in.3.ſen. opinanť, ꝙ prudentia ſit in intellectu abſolute, & in/tra limites intellectus, in quo ſit recta rõ, monſtrans in particulari agibili, quid, qũo, & qualiter eligendũ ſit. Ariſt. vero & Tho. qui cognouerũt rerũ moralium principia: volunt, ꝙ recta rõ agibiliũ in intellectu fiat, & firmeť recto appetitu fi/nis particularis: ita ꝙ prudentia eſſentialiter pendet ab appetitu recto: Ideo non põt eſſe quis prudens ſine virtutibus (dicit Ariſt.) neq; eſt virtus ſine prudentia: Paſſiones.n. ſunt natæ corrumpere principiũ prudentiæ, vt patet in incõtinente,

quia ergo actus proprius prudentiæ, eſt recte præcipere circa agibilia (vt. 6. Ethi. dicit Ariſt.) & iſte actus p[e]ndet ex appetitu recto: ideo negare prudẽtiã pẽdere ex appetitu recto: eſt ignorare penitus morale prĩcipiũ. Supponit igit̃ Ariſt. ꝙ licet prudẽs, plures hẽat actus: ad cõſultationẽ tñ pertinet recte cõſiliari, & media ad finẽ inuenire, qđ Euboliæ Ariſt. tribuit: ſed ea quæ inuenta ſunt iudicare, ad ſineſim pertinet. Præcipere vero, ꝑtinet ad prudentiã. Inquiſitio ergo, actus ꝯſilii eſt. Iudicare ſineſis. Præcipere aũt prudẽtiæ, & ſic prudẽtia eminentior eſt ꝗ ſineſis: & ſineſis ꝗ Eubolia. Inquiſitio. n. ordinat̃ ad iudiciũ, ſicut ad finẽ. Iudiciũ vero, ad præceptũ. Vñ non eſt cõſumata & ꝑfecta rõ practica per cõſiliũ & iudiciũ: ſed neceſſariũ eſt præcipere, qđ actus eſt prudẽtiæ: & multi bñ cõſultiui ſunt, qui tñ nõ ſunt prudẽtes: & nemo in moralibus præcipit, niſi volens: iõ laudes & vituperia. Nõ. n. laudat̃ homo, qui recte diſcurrit. Multos. n. vidi, circa qualitatẽ & ꝗtitatẽ cibi, iuxta ꝯdõnem ſuã diſcurrere, qui tñ nõ laudant̃: ſed laudat̃ homo, ſi inuenta & iudicata ſibi obſeruanda præcepto ĩponit, & ſibi ipſi ĩperat. Hoc aũt impedit̃, firmat̃ & pendet ab appetitu boni rõnis in illa materia. Et ſicut ex actu appetitus, pendet actus intellectus: ita ex habitu pendet habitus. Non. n. idem vr̃ efficaciter ꝓſequẽdũ diuerſimode affectis. Timido. n. vr̃ bonũ fugere pericula: Forti vero, nõ vr̃ bonũ. Timor aũt & fortitudo in iraſcibili ſunt: iõ dixit Ariſt. 3. Ethi. qualis vnuſquiſq; eſt, talis ei finis vr̃: ideo finis vt principiũ prudẽtiæ alicuius eſt: ex affectu appetitus eiuſdẽ pendet: Et ſi quæris a quo appetitu, dico ꝙ ab illo in quo virtutes ſunt: & ita prudẽtia eſſentialr̃ dependet ab appetitu recto, ſiue ſenſitiuo, ſiue intellectiuo. A volũtate aũt, dependet ĩperiũ (vt dicemus) & tñ virtus moralis, eſt electio erga mediũ rationis ſibi a prudẽtia præſtitutũ. Qualis ergo eſt hic circulus, quaſi Ariſt. nõ dicat ex vtraq; parte neceſſariã ꝯnexionẽ prudẽtię & virtutũ: Quid admirant̃ iſti: Notandũ igit̃, ꝙ ſyllogiſmus prudẽtialis, duabus vtit̃ præmiſſis, quæ principia ſunt ꝯcluſionis. Prima ꝑmiſſa, eſt ꝓpoſitio ſpectãs ad ſyndereſim, vt dicẽdo bonũ rõnis in oĩbus paſſionibus appetẽdũ eſt. Secunda vero præmiſſa, hæc eſt. Bonũ rõnis, hic nunc cũ iſtis ꝯdõnibus, ſaluatur: Et tunc ſequit̃ concluſio pręceptiua: & imponit̃ ſibi lex & præceptũ. Sed in hoc ſyllogiſmo nõ eſt ordo ĩmediatus, a prima præmiſſa ad ſecundã: ſed a prima ꝓpoſitiõe, quæ a ſyndereſi eſt. Prouenit in appetitu motus rectus in finẽ: & ab illa prima præmiſſa & appetitu, ꝓuenit veritas ſecũdæ præmiſſæ: & de iſta præmiſſa intelligit Ariſt. ꝙ qualis vnuſquiſq; eſt, talis finis ei vr̃. Vnde incõtinẽs ſub illa maiori, nõ ſumit, ex paſſione (inquit Ariſt.) excæcãte: ergo illa minor ex appetitu pendet: & ita habes, ꝙ virtus, cuius actus eſt electio, a prudentia pẽdet: Et quia recte præcipere pendet ab appetitu recto verificante minorẽ, non impediente, vt ſciens nõ poſſit vti ſcia ſua: Prudẽtia pendet a virtute, & nemo prudens eſt ſine virtutibus, aut e cõuerſo: qđ vt facilius intelligas: diſtinguamus plures actus in virtute morali, & in prudentia. Habet primo appetitus, actum ſimplicis appetitus reſpectu obiecti ſui, qđ eſt finis bonum. ſ. rõnis. Sed habet præterea actũ electionis circa materiã c[ō]nſonã fini, vt puta circa paſſiones, tantas, & tales. Ratione primi actus, firmat minorem ſyllogiſmi, & ita præcedit prudentiam, quo ad actum ſibi propriũ. Rõne ſecundi, ſequit̃ cõcluſionẽ prudẽtiæ: Nam cõcluſio ſyllogiſmi prudentialis nõ eſt in actu ſignato, ſed in actu exercito præceptiuo & executiuo: &

uo:& ita prudẽtia præcedit virtutẽ, quo ad electionẽ (licet minor ſyllogiſmi fir/
met & pendeat ab appetitu) & ita prudentia pẽdet a virtute, quo ad actũ iudicii,
de his quæ ſunt ad finẽ, & quo ad actũ iudicii de fine particulariſſimo. Virtus.n.
(licet ſit in electione eoꝝ quæ ſunt ad finẽ) in ipſa tñ electione includit intẽtio
finis. Eadẽ.n. virtute appetitus tendet in finẽ, & in ea quæ ſunt ad finẽ, licet incli/
natio appetitus a ſynderesi pẽdeat: q̃ origo eſt maioris in practico ſyllogiſmo.
Et tanta eſt colligantia inter actus intellectus, & volũtatis, ꝙ vnus, idẽq; numero
actus, vtriq; attribuit᷑. Præcipere.n. formalr̃ eſt intellectus. Appetitus aũt virtua/
liter. Electio formalr̃, eſt appetitus. Virtualr̃ vero, eſt itellectus. Q̃uõ vero appe
titus æſtimatiuã corrũpat, intelligendũ eſt. Cũ.n. appetitus, eſt affectus ad aliq d:
in illo ſtatim cõſurgit relatio ↄuenientiæ ad appetitũ ſic affectũ. Intellectus autẽ,
mouet᷑ ab appetitu ſic affecto. Et quia prudẽtia eſt in rõne, vt mouet᷑ ab appeti/
tu: ideo paſſio in appetitu corrũpit ęſtimationẽ prudẽtiæ: Et ita errat intellectus
iudicando ↄueniẽs ſimplr̃, qđ nõ eſt coueniens, niſi appetitui ſic affecto. Apparet
hoc patiẽtibus ſitim. Vt aũt inoteſcãt tibi ſingula: A iaduerte, ſcđm Tho.1.2.q.
8. ꝙ põt intelligi appetitũ mouere volũtatem duplr̃. Vno mõ: directe & imedia/
te imutando voluntatẽ, vel quo ad exercitiũ actus vel quo ad ſpecificationẽ: &
hoc nõ eſt peripateticũ. Alio mõ, occaſionalr̃ & mediate: & hoc mõ inmutat ex
parte obiecti, quo ad ſpeficificationẽ tñ, non quo ad exercitiũ. Diſpoſitio.n. ap
petentis (quis ſe teneat ex parte ſubiecti) nõ mouet tñ voluntatem, niſi ex parte
obiecti, quatenus redũdat in talẽ appræhẽſionẽ obiecti voluntatis: Volũtas.n. ab
obiecto ſic appræhenſo mouet᷑. Modus vero, quo itellectus ab appetitu mouet᷑:
vt iudicet bonũ qđ nõ eſt bonũ, hic eſt. Paſſio afficiẽs appetitũ, afficit phantaſiã.
Appetitiuũ.n. & Phantaſticũ indiſtincta loco ſunt, vt apparet in entomis deciſis,
vt dicit Ariſt.2. de aĩa. Imaginatiua igit᷑, affecta ab appetitu diutius imaginãdo
phantaſma rei ↄcupitæ: reddit illud fortius ad mouendũ intellectũ, vt nõ poſſit
vti ſcĩa quã habet, ſicut ebrio accidit. Cõcurrit ẽt cogitatiua cũ æſtimatiua & ap/
petitu: & quia iudiciũ eſt de ſingulari, in illo cogitatiua magnã vim habet: neceſ/
ſe eſt ẽt, intelligentẽ phantaſmata, ſpeculari: Iõ durante paſſiõe, ligat᷑ phantaſia,
& auget᷑ vis phantaſmatis delectabilis, ſic quõd detinet iudiciũ intellectus: & ita
ex parte obiecti, paſſio mouet voluntatẽ. Verũ aĩaduerte, ꝙ nõ quælibet cogni/
tio intellectus ſufficit ad fugã & ſequelã (ut notauit Ariſt.3. de aĩa, & nos infe/
rius declarabimus) ſed requirit᷑ cognitio iudicans, & præcipiens. Præcipere.n. eſt
proprius actus prudentiæ, aſſignatus ab Ariſt. Ethi.6. Q̃ñ ergo iudicatũ bonũ,
vere bonũ eſt: Electio bona ſequit᷑: Eth.7. Si aũt iudicatũ non eſt vere bonũ: tũc
cũ mala electione ſemp eſt defectus in intellectu. Et incõſyderatio ẽt, inter defe
ctus numerat᷑. Recta ergo electio appetitus pẽdet a cõcluſione practici ſyllogiſ/
mi. Iudiciũ tñ præcipiens: pẽdet ab appetitu recto: Iõ rectitudo rõnis practicæ eſt
in rõne, vt mota ab appetitu: Iõ.6. Eth. dr̃, ꝙ verum intellectus practici eſt ↄfeſſe
ſe hñs appetitui recto. Vñ non põt eſſe (dicit Ariſt.) ſine morũ virtute prudens
aliquis. Nemo.n. prudens, niſi bonus, ille dicit, ꝙ ſi prudentia eẽt in intellectu in/
tra latitudinẽ intellectus, vt rõ ſpeculatiua, poſſet eſſe prudẽs ſine virtute. Recti
tudo ergo rõnis ꝑceptiuæ, pẽdet ex appetitu recto. Iõ dixit Ariſt. ꝙ qualis vnuſ/
quiſq; eſt, talis ei finis vr̃: Ideo incõtinens, tpe paſſionis, iudicat hãc fornicationẽ,
nunc cum oibus ↄdõnibus ſuis eſſe cõmittendam: & niſi hoc aio ſentiret, non fa/

ceret. Ad electionē itaq; virtutis, in intellectu practico, requirit̃ ſynderesis & prudentia. Vna reſpectu finis. Altera aũt, quæ ꝯſiliũ & iudiciũ ſupponit: eſt reſpectu eorũ quæ ſunt ad finē. In parte aũt appetitiua, ꝑ eandē virtutē itur in finē, & in ea quæ ſunt ad finē. Syndereſis aũt, intellectu finis eſt. Finis aũt, in moralibus, principiũ eſt. Vñ Tho. 2.2.q.47. dicit, ꝙ prudentia nõ præſtituit finē virtutibus moralibus, ſed diſponit media ad illum: Ideo virtus moralis perficiendo primo electionē: ſecundario perficit intentionē finis: iõ principiũ prudentiæ firmat. Quia tñ virtus principalr̃ & auctoritatiue, nõ eſt ad finē: ideo non eſt prudentia nobilior. Prudētia.n. de mediis eſt: & virtus moralis principalr̃ erga media eſt, licet ſit de fine executiue. De ſynderesi vero in ordine ad prudentiã, nõ eſt nũc diſputãdi locus. Syndereſis uero, illa eſt, quæ finē præſtituit virtutibus. Ex naturali ſiquidē rõne, inſurgit in appetitu inclinatio naturalis ad bonũ rõnis, & motus: quot verõ actus iu prudente ſint, habes in Ariſt. Eth. 6. & in Tho. 2.2.q.47. Inde patet ordo in moralibus. Virtus.n. moralis electiua eſt. Electio aũt, eſt eorũ quæ ſũt ad finē, ſuppoſito tñ appetitu finis. Vñ voluntas mota: mouet ſe ad ea quæ ſunt ad finē, a ſynderesi ꝓſtitutũ. Virtus aũt, eſt quæ eligit, vt patet Ethi. 2. His iactis fundamētis, accedamus ad nodũ difficultatis, quã intēdimus. Et dico prio, ꝙ liberũ arbitriũ, eſt vnica aĩæ potentia (vt notat Tho. de veritate. q. 24. art. 5.) quæ autē ſit iſta potentia: catholice, & peripatetice determinat. 1. par. q. 83. Intellectus.n. & volũtas, adeo ꝓpinquæ potẽtiæ ſũt, ꝙ Ariſt. Eth. 6. ca. 2. dicit ꝙ electio vel eſt appetitus intellectiuus, vel intellectus appetitiuus. Iõ oportet, dicit ille, ſi electio eſt ſtudioſa, & rõnē eſſe verã, & appetitũ rectũ, q̃d nõ oporteret ſi rectitudo appetitus nõ firmaret minorē ſyllogiſmi prudẽtialis. Cõcludit itaq; Tho. ꝙ liberꝝ arbitriũ, volũtas eſt, quæ reſpectu finis, volũtas dr̃. Reſpectu eoꝝ quæ ſunt ad finē, dr̃ liberũ arbitriũ. Quõ vero ĩtellectus moueat voluntatē, & volũtas moueat intellectũ, Tho. declarat. 1. par. q. 83. vbi dicit, ꝙ ĩntellectus mouet voluntatē in rõne finis, qa bonũ intellectũ eſt obiectũ volũtatis, & ipſam mouet, vt finis. Sed voluntas mouet intellectũ per modũ agentis, & ſicut ĩpellens mouet ĩpulſum. Verꝝ aĩaduerte, apud Tho. 1.2. q. 9. ꝙ voluntas cũ obiecto nõ ſufficit ad volendũ a ſe, ſed exigit̃ volũtas præuolens finē: Ideo facta in actu ex appetitu finis, mouet ſe ad ea quæ ſunt ad finē. Mouet ẽt alias animi potentias. Sed vlterius aĩaduerte, ꝙ ſecundũ Tho. doctrinã. 1.2. q. 9. obiectũ cognitũ mouet voluntatē in genere cauſæ formalis: ita ꝙ, ſicut calor, licet ſit principiũ effectiuũ calefactionis, inq̃tũ tñ eſt determinatiuũ illius ad ſpēm, eſt principiũ in gñe cauſæ formalis extrinſecæ, ꝯiuncte tñ. Actus.n. eſt qui diſtinguit. Ita obiectũ cognitũ diſtinguit, & ſpecificat actũ voluntatis: ſed volũtas eſt (inquit Tho.) quæ mouet intellectũ quo ad exercitiũ actus. In illis.n. potentiis (quibus vtimur) exercitiũ actus, ab ipſo actu diſtinguit̃: Ita ꝙ, ab alio motore, hñt vſũ actus, ab alio ſpecificationē, vti actus, eſt imperantis, & potentiæ exequẽtis. Oẽs aũt animi potentiæ a voluntate applicant̃ ad actus: ſed actus ſpecificant̃ ab obiectis, & voluntas ẽt mota a fine ꝓſtito a ſyndereſi, mouet ſeipſam ad obiectũ cognitũ, a quo tamen actus eius ſpecificatur: Ideo dicit̃ obiectum concurrere in genere cauſæ formalis & principii diſtinctiui. Scito vlterius lector, ꝙ omnem deliberationem præcedit voluntas finis, & naturalis inclinatio, quæ ſub electione non cadit (vt notat Tho. de veri

tate

tate quæſt.24.Art.1.ſol.20.)Sed primus actus plene liber:quo mediante,oẽs potentiæ mouentur a libero arbitrio,electio eſt,dicit Tho.ibidem, &.1. par. quæſt. 82.Vnde nullus actus humanus, dicit̃ proprie eſſe in poteſtate nr̃a, ſi præcedit electionem,niſi pro quãto ſequitur electionem veram, vel interpretatiuam.i.ſi voluntas illum actum non eligit. Potuit tamẽ per ſuam electionem impedire, & debuit,& nõ impediuit. Multi.n.ſunt actus in poteſtate noſtra, qui tamen non ſunt deliberati: immo dicit Tho.pri.2.quæſt.6.ꝙ aliquid eſt volũtariũ ſine actu exteriori,& interiori voluntatis, & dicitur voluntarium indirecte:& ad huiuſmodi vitium, requiritur in voluntate poſſe, debere,& nõ impedire. Habemus huc uſq;, ꝙ ſemper quando errat voluntas, errat intellectus, ſaltim ex inconſyderatione:& ꝙ voluntas non põt eligere contra præceptum ſyllogiſmi practici: & hoc dicere eſt propriam vocem ignorare. Si.n.maior ſyllogiſmi naturaliter nota eſt, & non applicatur minori, niſi mediante appetitu in quo inſurgit motus in finem ex illa maiori:quomodo voluntas vult oppoſitũ ſyllogiſmi practici. Iſti ſubtiles moralia non intelligunt, & illa dimiſerunt Ar. & Tho.latinorũ principi. Voluntas itaq;, licet a nullo poſſit moueri, quo ad exercitiũ actus, niſi a Deo: tamen nõ põt velle immediate contra concluſionem præceptiuã;& ita omnis malus ignorans, vt dicebat Socrates. Non tamẽ omnis malitia, eſt per ignorantiã. In omni ergo vitio inuenit̃ mala voluntas, & ignorantia, vt notat̃ apud Tho. pri.2.q.78. Verum non intelligas ſemper actualem ignorantiã: quod vt facilius innoteſcat, diſtingue triplicem actualem ſcientiã alicuius particularis agibilis. Prima eſt,qua ſcimus hoc eſſe malũ. Secunda eſt, qua ſcimus hoc nunc eſſe malum. Tertia,qua ſcimus hoc nunc eſſe malum relatum ad illud aliud eſſe ſibi peius. Peccans ex ignorantia:peccat ignorantia oppoſita primæ ſciẽtiæ. Peccans ex paſſione, vt incontinens: laborat ignorantia oppoſita ſecundæ ſcientiæ. Scit.n. fornicationẽ eſſe malam,& illam eſſe fornicationẽ & malam. Sed tunc nõ operatur quia ligat̃ ratio a paſſione & appetitu. Quidã aũt peccant ex malitia,nõ ex ignorantia ſicut primi: nõ ex paſſione ſicut ſecundi: ſed ex voluntaria electione mali. Proponit.n.iniuſtus bonũ lucri, iunctũ malo iniuſtitiæ: Bono iuſtitiæ, iũcto abſentiæ lucri. An & iſte, qui ſic ex malitia peccat: nõ vr̃ tibi, ꝗ ignorãs peccat. Vide Tho.1.2.q.78. nã ſi ignorantia referat̃ ad ipm̃ peccatũ: ſic maior eſt ignorãtia in peccato ex paſſione:qa ignorat hunc actũ nunc eſſe malũ, qd̃ nõ ignorat peccans ex malitia. Sed ſi ad rõnem peccãdi ꝯparetur ignorantia: magis ex ignorantia peccat, qui ex malitia peccat, q̃ peccans ex paſſione. Scit ergo iſte ex malitia peccans, lucrũ eſſe nunc iniuſtũ, qd ex paſſione peccans ignorat: Sed tñ nimia affectus cupiditate lucri, neſcit eſſe poſtponendũ lucrũ bono iuſtitię: & hoc eſt magis ignorare: Iõ formaliter, maior eſt ignorãtia peccãtis ex malitia, vñ ignorat principiũ & ꝯcluſionem, vt.7. Aethi. dicit Ariſt. de intẽperato. Et ignorantia peccantis ex malitia: eſt ꝑ modum habitus. Peccãtis vero ex paſſione: eſt per modũ paſſionis trãſeuntis. Vlterius aĩaduerte peripatetice, ꝙ intellectus non dicit̃ auarus, aut incõtinens: ſed qui vult eſſe incõtinẽs, iam iniuſtus eſt, dicit Ari.3. Aeth. Per voluntatem igit̃, homo fit prauus & ſtudioſus, & quia contingit velle vnũ malum propter aliud. Vt ſiquis furatur, vt adulteretur: oportet intelligere in moralibus quem locũ obtineat finis. Dicendũ igit̃, ꝙ ſiquis furat̃ ꝑꝑ adulteriũ,

iſte finis pōt comparari, vel ad actum interiorem furantis, vel ad actum exteriorem. Si ad actum interiorem: Sic eſt ſpecificatio illius, & non circūſtantia, ſpecificatiue cōcurrens ad ſubſtantiā actus, qui ad adulteriū magis q̄ ad furtum pertinet: Ideo dixit Ariſt. ꝙ ille magis a fine denominandus eſt. Si aūt ille finis cōparatur ad actum exteriorem: vel cōparatur ad illum abſolute, vel vt ſtat ſub actu interiori. Si abſolute, ſic nō ſpecificat & finis eſt circumſtantia. Si vero cōparatur ad eum, vt ſtat ſub actu interiori, ſic ſpecificatiue cōcurrit, ſicut ad interiorem: & finis obiectum eſt, nō circūſtantia. Vnde qui furatur, vt mechetur in vno actu, duas malitias cōmittit. Quō autem differentia vnius ſe habeat ad differentiam alterius: Tho. docuit pri. 2. q. 18. art. 7. Vlterius nota, ꝙ Ariſt. 3. Aethi. cap. 7. dicit, ꝙ electio, eſt deliberatiua appetitio earū rerū, quæ in noſtra poteſtate ſunt. Docet & verum bonū eſſe affectabile voluntati: vnicuiq; vero id qđ vnicuiq; videtur. Et exemplo poſito in corporibus, docet ꝙ vir bonus, vere bona, iudicat bona. Multitudo vero ob voluptatē decipit, vt febricitantes in potu aquæ frigidæ: & infra, docet Ariſt. ꝙ habitus virtutum & vitiorū, ſponte noſtra efficiant: quia cum actus in noſtra ſint poteſtate, & habitus qui generant ex actibus, in noſtra ſunt poteſtate. Habitus ergo (licet naturaliter generentur) ſponte cōparantur in actibus ſpontaneis ex quibus generant. Et licet nemo ſponte fiat malus, quia nemo ad malum aſpiciens operatur: Audi Ariſto. dicentem, ꝙ qui vult eſſe adulter & incontinens, ille vult eſſe iniuſtus. Qui n. vult antecedens, vult cōſequēs, ſi ſcit conſequentiā, licet nō velit illam, qđ ſubtiles nō animaduertunt. Quia ergo volumus actus: volumus etiam habitus. Et quia volumus actus malos: mali eſſe volumus, licet ad malum aſpicientes nō operemur. Ideo dicit Ariſt. ꝙ nos ipſi ſumus concauſæ habituū, & talem finem ponimus, quia nos tales ſumus, vbi clare docet Ariſt. ꝙ minor ſyllogiſmi practici, pendet & firmat ab appetitu recto: Ideo dixit, ꝙ nemo prudens eſt, niſi ſit bonus: Ideo incontinens habens ſcientiam: non vtit ea, pp impulſum perturbantis paſſionis. Quis autem timidus, imminenti periculo, bene iudicabit circa audacias & timores? Nōne fortis eſt, qui lumine vtitur rōnis imminenti periculo? & hoc vti præcipuum in fortitudine, dat Socrati Alcibiades, apud Platonē. Et nulli dubium, niſi ignorantibus, ꝙ rectitudo rōnis practicæ, non dependet ex ſola habitudine terminorum, & vi ſyllogiſtica ſicut rō ſpeculatiua: ſed pendet ex appetitu recto. Audi Ariſt. magnorū mor. 2. vbi dicit, de recta rōne. Eſt ergo tunc ſecundū rectam rationē agere, cum pars animæ rōnis expers, nō prohibuerit rōnalem ſui ipſius exercere rōnem. Non pōt ergo formari ſyllogiſmus practicus, qui exercitiū eſt, & vſus rationis practicæ: niſi rectus ſit appetitus, ſecundū profundam Ariſt. & Tho. doctrinam, & eod. 2. magn. mor. cap. 6. dicit Ariſt. ꝙ paſſio præponderans, ac obtinens ratiocinium, quieſcere facit. At ſoluta paſſione rurſus exiſtit. Paſſio ergo moderanda eſt. Scito vlterius, ꝙ appetitus ſenſitiuus, naturaliter mouetur ab obiecto: & imaginatiua, & cogitatiua, & intellectus ſimiliter. Illud n. obiectum intellectus neceſſario ſpeculatur, cuius phantaſma eſt in imaginatiua potentius: ſola voluntas eſt libera: & illa ſola eſt, quæ mouet omnes ad exercitium propriorum actuū: & quieſcere, & intendere, & remittere actus proprios iubet. Cū ergo appetitus eſt corruptus: imaginatiua corrūpitur: Cogitatiua, & intellectus.

ſola

ſola volũtas eſt,quæ põt reprimere paſſionem : quæ indirecte & mediate ex par/te obiecti,lumen rõnis obumbrat.Põt etiam volũtas diuertere intellectũ ad aliud obiectum : & põt præcipere , vt in alia cõſyderatione ſiſtat.Quis hæc ignorat? Quis hæc nõ experit̃ in ſeipſo?Actus igit̃ illarum potentiarum volũtatis inter/pretatiue attribuunt̃ : quæ põt & debet impedire,& nõ impedit.Præcipiat imagi/natiue imaginari aliud phantaſma , & quid eſt tam in poteſtate voluntati,q̃ ipſa imaginatio,de qua dicit̃ ab Ariſt.2.de anima,ꝙ imaginamur,quæ volumus:Et ſi neceſſe eſt intelligẽtẽ phantaſmata ſpeculari,intelligimus ergo quæ volumus. Vnde dixit Ariſt.2.de anima tex.60. Singulariũ quidem ſcd̃m actum ſenſus. Scientia autẽ vniuerſalium.Hæc aũt in ipſa quodãmodo ſunt aĩa:vnde intelli/gere in ipſa eſt,cum vult hæc Ariſt.Imputat̃ etiam voluntati,ſi nõ remittit paſ/ſionem cõcupiſcibilis,aut per viam phantaſiæ,aliud imaginantis,aut per viã moti uæ potentiæ ad alia loca mouentis: aut præcipiendo vt virtus iraſcibilis exerceat opera ſua. Tunc.n.cõcupiſcibilis remittit̃,cum iraſcibilis præualet , & e contra: & hoc eſt optimũ in natura remediũ ad ſedãdas animi paſſiones . Quid ergo eſt illud quod determinat intellectũ,vt ſiſtat in cõſyderatione delectabilis? Dico ꝙ determinans complectit̃ tria. Sunt.n.appetitus mouens imaginatiuã. Imaginati ua mouens intellectum.Secundũ ordinem.3.de anima traditum : & voluntas nõ diuertens intellectũ,qñ debet.Omnia ergo voluntati imputant̃,licet non faciat hæc per actum ſuũ.Sed negligit reprimere inſurgentẽ appetitũ,vt notat Tho.2. ſent. diſt.39.q.1. Sed dicunt iſti. Quomodo põt voluntas diuertere , ſi nõ fert̃ niſi in cognitũ?Sed delira ſunt hæc.Põt.n.voluntas præcipere intellectui,vt trã/ſeat ab vna cognitione in aliã,vt diffuſe tractat Thomas in.q.de malo.q.6.Mo uet ergo voluntas intellectũ per modũ efficientis,& motione neceſſitãte ſuum mobile,vt habes apud Capreolum.2.ſent.diſt.24.Sed actus voluntatis nõ depẽ/det ab intellectu,niſi in eſſe ſpecifico , & rõnis magis q̃ reali: Mouet.n. intelle/ctus per modũ finis,& principii formalis diſtinctiui. Voluntas aũt,vt ſtat ſub ap/petitu finis, mouet ſe ad ea quæ ſunt ad finem : & licet electio ſola ĩmediate ſit in poteſtate voluntatis: omnes tñ actus aliarũ potentiarũ animæ: mediate & im/peratiue,nõ ĩmediate & elicitiue ſunt in ptãte voluntatis.Ipſa igit̃ eſt,quæ deter minat ſecundũ Ariſt.doctrinam.9.Metha.cap.9. vbi dicit, ꝙ potẽtiæ naturales ſunt determinatæ ad vnum.Rõnales vero ſunt ad oppoſita.Ad hoc mouet du bitationẽ dicens.Quare ſimul ne faciat contraria.Et rñdet: Neceſſe eſt quidẽ aliud quidã eſſe,quod dominet̃.Dico aũt ſiue appetitũ,ſiue electionem.Et quia potuiſſet aliquis in dubiũ reuocare, quid p electionẽ intelligeret , & illi princi/patum tribueret:Audi quod ſequit̃.Quodcũq;.n.appetet principaliter,hoc fa/ciet:& infra: vt omnis e medio tollat̃ ambiguitas. Quare omne , ſcd̃m rõnem potens , neceſſe eſt,vt cũ appetat id cuius potentiam habet, & vti habet:hoc fa ciet.Habet aũt paſſiuo pñte.Hæc Ariſt.vbi clare dicit appetitũ determinare in/tellectum,vt iudicet hoc nunc,& in tali materia eſſe ſecundum rõnem. Vnuſ/quiſq;.n. qualis eſt, talis ei finis videt̃.3. Aeth. Et hoc eſt determinari intelle/ctum ab appetitu aut electione , diuerſimode. Nãq; affecti,diuerſimode iudica mus: ſed voluntas ſola illa eſt, quæ põt & debet reprimere paſſiones,quia intel lectus naturaliter mouet̃.Et ſi illa nõ eſſet cui hoc officium incumberet,quare

Ariſto.incontinentiã in voluntate poneret Aeth.7.Et tamẽ materia, circa quam cõtinentia verſat̃,eſt in appetitu inferiori.Dicant iſti.Q.ũo voluntas dicit̃ continens & incõtinens,niſi quia illa eſt , quæ põt & debet reſiſtere paſſionibus:& vi de ordinem.Cõtinens prauas habet cõcupiſcentias,ſed volũtate reſiſtit.Incontinens aũt,non reſiſtit paſſioni excæcanti rõnem:& tñ voluntas nõ ratio dicit̃ incontinens:Ergo illa excæcatio a voluntate eſt interpratatiue, cum poſſit & debeat reprimere,&tamẽ nõ reprimit,vt notat Tho.2.ſecũdæ. q.155.Voluntas ergo dicit Tho. eſt media inter rõnem & concupiſcibilẽ,& põt ab vtraq; moueri. In eo qui eſt Continens, mouet̃ a rõne.In eo qui eſt incõtinens,mouet̃ a concupiſcibili:Hæc ille.Q.ũo autem appetitus moueat voluntatẽ,nõ imediate,& directe:habes apud Tho.prima.2.q.8.&.q.77.Immutat.n.& mouet ex parte obiecti. Quod aũt appetitus inferior moueat ſuperiorem,& q̃nq; e cõuerſo , Ariſto. docuit.3.de Anima cap.11.vbi dicit iſta verba:Vincit aũt interdũ appetitus,mouetq; voluntatẽ:interdum & ille appetitus inquã appetitũ vt ſphæram, & Themiſtius doctor Lucidus, iſtud de ſphæra exponit.Q.đ ſicut primus orbis mouet alios orbes,illi tñ nõ ceſſant moueri propriis motibus:ita cũ appetitus vincit appetitum,ſemper victus repugnat. Superior ex ſinereſi inferior ex carne, ideo pugna continua.Ideo cõtinentia nõ attingit perfecte ad rõnem virtutis moralis: Non.n.moderat̃ paſſiones, licet reſiſtat illis: Ideo Ariſt.4.Aeth. dicit, q̃ continentia nõ eſt virtus: ſed quædã diſpoſitio mixta aliquid hñs de virtute,& in aliquo a virtute deficiens.Mouet̃ ergo voluntas nunc a rõne,nunc ab appetitu,rõnem perturbante:Et hoc intendit Ariſt.in.3.de Anima cap.9. dicens. Præterea intellectus nonnunq̃ iubet,ratioq; fugere aliquid aut perſequi dicit: at nõ obtemperat homo,neq; mouet̃,ſed agit cupiditate,vt fieri ſolet in incontinẽte:Hæc Ariſt.qui expoſuit ſemetipſum in Aethicis, &magnis moralibus . Incontinens.n.habet ſcientiã,ſed non vtit̃ illa tempore inſurgentis paſſionis, & ita nunc mouet rõ,nunc appetitus voluntatem.Continentia tñ,& incontinentia imediate & formaliter ad voluntatem pertinẽt. Nota ẽt Thomiſta,quæ Tho.dicit de veritate quæſt.22. artic.12. quia obiectum cognitum, vel eius cognitio, vel intellectus cognoſcens, non eſt cauſa productiua totalis , aut partialis actus voluntatis: ſed intellectus per ſuum actum, mouet voluntatem quo ad ſpecificationem actus. Ideo in genere principi diſtinctiui , vt finis etiam dicitur mouere inquantum præconcipit rationem finis,qui non dicit̃ agens.Sed ratio agendi dicit̃,quia dat ſpeciem actui,non quod vis actiua ſit . Vñ in hoc differt a rõne agendi in naturalibus. Vide Tho.in prima parte.q.82.Et ſimilia potes videre apud Capreolum.2.ſent.diſt.25.Sed quia diximus de Imperio animæ noſtræ:Intelligere oportet,quid per Imperiũ intelligant ſapientes.Nota igit̃ q̃đ tria cõcurrunt ad rõnem Imperii.Ordinatio alicuius ad agendũ vel patiendum aliquid.Intimatio ordinis,&motio.Duo prima, ad intellectũ pertinere nemo dubitat.Motio autem ad voluntatẽ pertinet . Vnde actus Imperii cõponit̃ ex eo quod eſt intellectus,&ex eo quod voluntatis eſt:ſed Ordinatio intimatiua,in Imperio , vt materia ſe habet.Motio vero vt forma. Ideo Imperium elicitiue eſt rationis.Voluntatis vero,primordialiter,& quo ad formã,ſicut actus martyrii,ꝑpter Chriſtum elicitiue actus eſt fortitudinis;&quo ad materiale,in imperando:

perando:

perãdo: tamẽ voluntas vt ſuprema concurrit, & vt primũ mouens ad exerci/tium, & vt formale: & ita concurrit Charitas, quæ eſt in voluntate: Ad idem enim genus artifex reducuntur, & ars. Elicitiue igitur imperare: Actus eſt rationis, quia actus eſt præceptiuus, quod ad prudentem pertinet. Poſt enim inuentionẽ Euboliæ, & poſt iudicium ſynesis, prudentia præcipit: ergo imperare actus eſt intellectus participantis voluntatem, vt primum mouens, vt Thom. dicit. Cum ergo ſecundum mouens, non moueat niſi in virtute primi mouentis: ſequitur, quod hoc ipſum, quod ratio mouet imperando: ſit ex virtute voluntatis. Vnde relinquitur, quod imperare ſit actus rationis in virtute actus voluntatis. Vlterius dicit Thom. ꝙ actus intellectus poteſt eſſe imperatus ab intellectu, per id quod in illo eſt de voluntate, ſicut eſſe collatiuum competit voluntati, per id quod in illo eſt de intellectu; quod ſubtiles in ſecundo ſent. & quolibetis non vi/derunt: & actus intellectus quo ad exercitium poteſt eſſe imperatus, non quo ad veritatem appræhendẽdã & aſſenſum: In hoc enim plus voluntate requiritur, vt lumen. Et quia actus rationis poteſt imperari: ſequitur, quod actus appetitus ſen ſitiui poteſt imperari, ex ea parte, qua ſequitur appræhenſionem imaginatiue: quia imaginatiua appræhenſio, eſt particularis; & poteſt regulari ab intellectu, qui eſt vniuerſalis, licet quãdoq; appetitus ſenſitiuus non velit obedire; vt ſit in nõdum habẽte habitum temperantiæ; propter quod dicit Ariſt. primo Po/liticorum, quod ratio præeſt appetitui iraſcibili, & concupiſcibili; non princi/patu diſpotico, qui eſt Domini ad ſeruum, ſed politico aut regali, qui eſt ad libe ros, qui non totaliter ſubduntur imperio. Et ratio iſtius libertatis eſt, quia ap/petitus ſenſitiuus eſt virtus organi corporalis, ſicut ſenſus. Ideo dependet a/ctus illius, non ſolum ex ea parte, qua animæ potentia, ſed ex diſpoſitione ma/teriæ, quæ ſemper machinatur ad malum. Vnde & actus quæ ſunt ex appetitu naturali, non ſunt ſubditi imperio rationis, vt ſunt actus animæ vegetariæ. Mo tus autem membrorum ſubditi ſunt per modum ſuarum potentiarum: Ideo qui conſequuntur vires naturales: non ſunt ſubditi imperio rationis. Quomo/do vero appetitus moueat animal Ariſt. dixit in tertio de Anima, vbi partem cognitiuam & appetitiuam ſimul in mouendi principio coniunxit. Quo vero actu, moueat appetitus ipſum animal: non facile eſt intelligere. Tu tamen ſci/to, quod virtus motiua, exequens motum, quæ in membris eſt, non eſt virtus actiue mouens: ſed virtus paſſiua, qua corpus eſt diſpoſitum ad moueri, vt eſt expreſſa doctrina Thomæ contra gentes libr. 2. cap. 82. Et eandem doctri/nam repetit in prima parte. q. 75. & 78. Vtrum autem appetitus moueat ſolo a/ctu, qui eſt appetere & imperare motum, an aliquo alio actu elicitiuo motus, qui actus tranſiens ſit, vel quomodo apud Thomiſtas dicere non eſt facile Ariſt. etiã in tertio de Anima, & in libro de motibus animalium, videtur ſupponere na/turam motus, quæ comparatur ad mouens per modum actionis, qua formaliter mouens denominatur mouere, licet motus, qui actio eſt, & paſſio ſit in mobi/li. Et ita erit aliqua actio vltra velle, & imperare, capiendo imperium ſicut in brutis eſſe poteſt. Hoc enim mouendi principium, commune eſt illis. Sed Capreolus ſecundo ſententiarũ, videtur declinare, quod ſolo appetere & imperare appetitus mouet animal. Vnde ſicut per intelligere & velle Dei,

producetur aliquis effectus in Creatura ſine alia actione: ita ex ſolo appetere imperatiuo fit motus: Vnde mouere appetitus, non eſt de prædicamento actionis de qua Ariſt. dicit, quod eſt idem materialiter cum motu, ſed eſt de genere qualitatis remanens in agente ſecundū ſe & ponens effectum in alio: Appetitus ergo imperando mouet, & eſt formale in imperio reſpectu oīum potentiarū, & pōt imperare, & debet ſemper inſurgentibus paſſionibus. Et ſufficit ad actū voluntatis, q̄nq; ſola ſimplex appræhenſio intellectus, vt in cōtingētibus, quorum neutra pars eſt moraliter mala: & voluntas ex ſe ſola flectit iudiciū quo vult, vt habes apud Thomā de Vio prima ſecundæ. q. 77. Vlterius oportet intelligere, qđ intellectus ad quædā vera neceſſario cōparat: vt habes in Ariſt. 1. Poſteriorū, & a Tho. in prima parte. q. 19. & de veritate. q. 24. Ita voluntas neceſſario fert in quædam obiecta, vt Deum viſum nō poſſit nō diligere: & caſus ſubtilizantiū non ſapiunt ſacra eloquia, neq; doctrinā ſacrorū doctorū. Non pōt etiā voluntas velle non eſſe felix, niſi ignoret, quid ſit felicitas: Vnde dicit Aug. quod ita eſſe miſeri nolumus, qđ eſſe velle nō poſſumus. Neq; pōt abſolute voluntas velle nō eſſe, niſi ipſum nō eſſe, induat aliquā rōnem boni, vt ſi eſſet ablatiuū pœnarum inferni. Voluntas ergo neceſſario aliquid vult, quo ad ſpecificationē actus: ſed ſemper in via, pōt ſuſpendere actū ſuum, quia libera eſt quo ad exercitiū actus. Vlterius nota, qđ obiectū cognitū, mouet volūtatem, vt notat Capreolus. 2. ſen. diſt. 25. Non tñ omne mouens, imprimit aliquid in mobili: vt cum motus localis nō ſit motus ad formā, quid imprimit in ipſo mobili: ita obiectū cognitum, trahit ad ſe & inclinat voluntatem, quod mouere eſt metaphorice, & ſicut conuenit in anima, & tamē nullam formā imprimit, neq; actū primum, neq; actū ſecūdum: Vnde manifeſtatio boni per intellectū, nō eſt ſpecificatio actus voluntatis, ſed eſt cauſa ſpecificationis illius, non effectiua cauſalitate, ſed cauſalitate finis, & per modum formalis principii & formæ: quæ ratio, eſt agendi, non tamen agens: Vnde voluntas, effectiue a ſe mouet: Vnde nullū iudiciū intellectus, neceſſitat voluntatem quantū ad exercitiū actus, quē ipſa producit & efficit. Sed ſtante appetitu finis, qui nō cadit ſub conſilio, Ethi. 3. fit conſilium, & iudicium, & præceptum: & tunc voluntas, aut ſuſpendit actū ſuum, aut eligit conformiter electionē præceptiuæ, aut diuertit intellectū modis, quos ſuperius explicauimus. Neq; admireris quod actus voluntatis, ſpecificet ab obiecto, & tamen non ſit effectiue ab obiecto: Nam motus ſpecificat a termino ad quem: & tamē terminus ad quem, nullā habet efficientiam ſuper motū. Qui etiā furat propter adulteriū, potius adulter eſt, dicit Ariſt. q̄ fur. Quid tamē facit adulterium, qđ eſt obiectum, niſi in genere cauſæ finalis nō effectiuæ, & in eſſe rationis potius q̄ in eſſe reali. Virtutes autem & vitia in prædicamento ſunt. Ens enim extra animā eſt, quod quinto Metaphy. diuiditur in decem prima ſignificata: primus igitur actus voluntatis, eſt reſpectu finis: Finis autem & bonum, idem: vnde primus actus uolunatis, eſt generalis complacentia boni, quæ per ſe ineſt voluntati, vt riſibilitas homini: ideo effectiue eſt a producente voluntatē: & voluntas, vt ſtat ſub appetitu finis, eſt in actu, & efficit alios actus, qui ſpecificantur ab obiectis: Sed ille primus actus voluntatis, non eſt aliquis actus ſecundus: quia nullus talis eſt ad quē voluntas effectiue nō cōcurrat: ſed illa inclinatio eſt

actus primus: Ideo dixit Ariſt. Quod bonum omnia appetunt: & ens, & bonum conuertuntur: Vnde & materia licet non ſit de ſe bona, non tamē mala eſt (dicit Themiſt. primo Phyſicorū) quia diſcupiens bonū. Quod .n. bonū appetit non eſt malum: Neq; huic ſententiæ Platonicos diſſentire exiſtimo, niſi in verbo. Plato.n. naturā materiæ bene cognouit. Teſtes ſunt qui Thimæū viderunt, quē ſi Auerrois vidiſſet: melius de Platone & verius ſenſiſſet: & ita bonum naturam ſequit̃, quod malū nulla ſubſtātia eſt: neq; poteſt eſſe niſi fundet̃ in bono: ita voluntatem, naturaliter ſequit̃ complacentia boni, & ad principium pertinet in voluntate: Ideo reſpectu finis, non eſt conſiliū, ſed reſpectu eorū quæ ſunt ad fi/nem, & quilibet actus a ſolo obiecto ſpecificat̃: a ſola autem potentia efficitur. Motus.n. tantū per terminos ſpecificant̃: effectiue aūt tantum ſunt a motoribus. Actus autem voluntatis, eſt ad rem in ſe & per modū impulſus: ideo modū mo tus ſeruat quo ad efficientiam & diſtinctionē. Et ſi quærat̃ iſta diſtinctio ſpeci/fica actuum voluntatis, a quo eſt effectiue: dico quod effectiue: eſt a potentia fi naliter, & per modū pricipii formalis eſt ab obiectis: Actus.n. diſtinctus nō eſt ali qua duo, ſed vnum in eſſe, & a voluntate eſt effectiue ab obiecto per modum fi/nis: & ego eandē difficultatē moueo de motibus. Quero.n.a quo eſt ſpecifica diſtinctio motuum. Si dicunt a terminis: verum dicūt. Sed tamē motus a termi/nis effectiue non ſunt: Ita diſtinctio actuū voluntatis, eſt ab obiectis: ſed obiecta tamen effectiue non cōcurrunt: Et vt illi dicūt de motibus, ita ego dicam de acti bus voluntatis, præſertim quia actus voluntatis eſt ſine ſpecie impreſſa, & eſt ve luti motus terminatus ad rem in ſe: Neq; volunt aliud intelligere phi, cum di/cunt quod ſcientia eſt cauſa deſiderii, niſi vt ſuperius diximus, aliter rueret to tum morale negotium. Voluntas ergo ſecundū Ariſt. libera eſt & Domina ſuo rum actuū, ad omnes virtutes morales: & ad euitāda omnia vitia oppoſita ex ple nitudine ptātis voluntatis rationalis, & intellectus volitiui: & ſi omnia rimatus fueris: inuenies hoīem peripateticum, non talē eſſe, qualis eſſet in ſtatu innocē tiæ, neq; qualis nunc eſt noſtra natura corrupta. In ſtatu enim innocentiæ, erat homo cum donis ſupernaturalibus. Nunc vero, oēs naſcimur filii iræ: Ideo ho/mo peripateticus, non eſt in ſtatu innocentiæ, ſed in continua pugna: Neq; eſt in natura corrupta, quia poteſt omnia bona moralia, quæ non pōt noſtra volun/tas, vt habes a Thoma prima ſecundæ. Talis ergo homo eſt, ſecundū Ariſt. qua lis fuiſſet homo conditus ſine originali iuſtitia, & ſine gratia, & ſine origina/li peccato, & ſine ira, a qua liberauit nos Chriſtus, per quem reconciliati ſumus Deo: & ita quæ ſit libertas voluntatis: peripateticæ innotuit tibi: quod feci, vt videant homines, ꝙ voluntas, etiam in natura corrupta, licet non ſine gratia dei: Poteſt tamen operari opera vitæ: quæ licet Deus donet ſibi, vt operetur, libe re tamē operatur, non inuita. Quod autem ſacra eloquia, & doctores ſacri li/bertatem voluntatis prædicent & exclament: Nos in ſequentibus demonſtra/bimus cum auxilio Dei, a quo prouenit omne bonum. Et ſi prædeſtinatio & gratia ſeruam facerent voluntatem noſtram: Quomodo Ireneus, Cyprianus, Ambroſius, Auguſt. & Thomas, gratiam prædicant. Prædeſtinationem ēt admi/rantur & venerantur: & tñ libertatem prædicant: imo nulla eſſet libertas, niſi eēt

prædeſtinatio & gratia. Qui enim eſt in peccato, ſeruus eſt peccati: & nemo reſurgit a peccato, niſi gratia Dei, & Chriſti merito, qui cum eſſet ſine peccato, mortuus eſt propter peccata noſtra. Vera ergo libertas, a prædeſtinatione & gratia pendet, & ſine illa ſeruum eſt liberum arbitrium, ea ſeruitute, quam inflixit iniquitas humanæ naturæ in Adam, in quo omnes mortui ſumus. Ex dictis, licet nobis intelligere, quæ ſacri doctores, & Auguſt. dicunt: ꝙ propter peccatum Adæ, inflictæ fuerunt nobis duæ pœnæ. Ignorantia. ſ. & difficultas ad bonum. Verum per ignorantiam, non debemus intelligere negationis ignorantiam: nam & illam habuiſſent pueri in ſtatu innocentiæ, quãdo multa ignoraſſent, ſed ſciuiſſent tamen ea quæ competiſſent illis, ſecundum illud tempus, vt habes apud Tho. prima parte quæſtione. 101. Habuiſſent itaq; pueri in ſtatu innocentiæ, ſufficientem ſcientiam ad dirigendum eos in operibus iuſtitiæ, & vniuerſalia principia, & ſine difficultate acquiſiuiſſent ſcientias. Sed ignorantia, quæ eſt pœna peccati, ignorantia eſt prauæ diſpoſitionis, in his quę ad opera iuſtitiæ pertinent, & ad morale negotium. Tota enim natura per peccatum Adæ vitiata fuit & corrupta. Et quia (vt dictum eſt) rectitudo rationis practicæ, pendet ab appetitu recto: quãuis intellectus habeat principia naturalia quæ ad ſyndereſim pertinent: non tamen poteſt concludere concluſionẽ præceptiuam, niſi firmetur ab appetitu in minori prudentialis ſyllogiſmi. Qualis. n. vniuſquiſq; eſt, talis finis ei videtur: Ideo nõ poteſt iudicare intellectus bonum rationis eſſe, hic nunc in tantis paſſionibus: Aliter. n. iudicamus, aliter affecti. Corrumpitur ergo rationis iudicium, ex ipſa appetitus corruptiõe. Ex hoc autem ſequitur difficultas ad bonum in voluntate. Hæc ergo eſt illa ignorantia, & illa difficultas, quæ eſt pœna peccati. Propter peccatum enim vitiata fuit natura & corrupta: & niſi ſanetur, non poteſt ſine gratia explere totum morale negotium, licet poſſit aliquod morale bonum, non tamen ſine ſpeciali auxilio Dei. Non ſanatur autem natura, niſi vetus homo noſter crucifigatur: Crucifigitur autem gratia Dei, & Chriſti merito, cum per crucem pœnitentiæ noſtræ, morimur in ſimilitudinẽ mortis Chriſti, & in nouitate ſpiritus reſurgimus.

CAPVT II.

CREDVNT multi, non intelligentes quid ſit gratia, & prædeſtinatio, & quid vera libertas: ꝙ iſta, inſimul ſtare nõ poſſint. Sed nonne erroris eorum magnum indicium eſt? quando Auguſt. & Tho. & omnes alii ſacri Doctores, prædeſtinationem venerantur, & tamen libertatem defendunt. Audi Auguſt. de ſermone Domini in monte. l. 2. vbi dicit. Sed rurſus quæri poteſt: ſiue verbis, ſiue rebus orandum ſit. Quid opus ſit ipſa oratio, ſi deus iam nouit quid nobis neceſſarium ſit, niſi quia ipſa orationis intentio cor noſtrũ ſerenat & purgat, capaciuſq; efficit ad excipiẽda diuina munera quæ ſpiritaľr nobis infundunt. Nõ. n. ambitione precũ nos

exaudit Deus qui ſemper paratus eſt dare lucem ſuam vobis, non viſibilem, ſed intelligibilem & ſpiritalem: Sed nos non ſemper parati ſumus accipere, cum inclinamur in alia, & rerum temporalium cupiditate tenebramur. Fit ergo in oratione, conuerſio cordis ad Deum, qui ſemper dare paratus eſt, ſi nos capiamus quod dederit: Hæc Auguſt. & plura alia, quæ errorem iſtorum confundunt. Ora igitur: purga oculos cordis tui: vt acies eius poſſit ferre lucem inaccesſibilem: & noli dicere ſicut dicebat quidã, qui erat de Monaſterio diui Auguſt. quem ipſe damnat in. 2. de bono perſeuerantiæ. Dicebat. n. ille frater, corripientibus eũ: Qualiſcũq; nunc ſim: talis ero, qualem me Deus futurum eſſe præſciuit: Hæc ille, vt recitat Auguſt. Noli ſic dicere, ſed conuerte te ad orandum; quia paratus eſt Dominus tibi puro corde oranti, lucem dare vt videas, & intellectum vt intelligas. Sed poterit alicui videri, ꝙ ſi neceſſaria eſt gratia, ad tendendũ in vltimum finem, & auxilium gratiæ, nemo mereri põt, nec ad deum conuerti, niſi Deus eum conuertat: Videri inquam poteſt, ꝙ homini non imputetur. Hoc dubium mouet Thom. in. 3. contra gentes cap. 159. Sed audi illum dicentem, ꝙ ſi hæc concedantur: multa ſequuntur inconuenientia. Sequitur. n. ꝙ qui fidem non habet, quæ donum Dei eſt, non eſt dignus pœna: ſed lege Ioan. 3. Qui incredulus eſt filio, non videbit vitam: ſed ira Dei manet ſuper eum. Ideo ſoluens Thom. dicit, ꝙ licet homo non poſſit mereri gratiam per motum liberi arbitrii: poteſt ſeipſum impedire ne recipiat eam, vt de quibuſdam dicitur Iob. 21. Dixerunt Deo recede a nobis & ſcientiam viarum tuarum nolumus, & 24. cap. dicitur. Ipſi fuerunt rebelles lumini, & cum hoc ſit in poteſtate liberi arbitrii impedire, vel non impedire receptionem gratiæ: merito illi imputatur. Deus enim quantum in ſe eſt, paratus eſt omnibus gratiam dare. Vult enim omnes homines ſaluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire, vt dicitur primo ad Timo. 2. Sed illi ſoli gratia priuantur, qui in ſeipſis gratiæ impedimentum præſtant, ſicut ſole mundum illuminante, in culpam imputatur ei, qui oculos claudit. Si ex hoc aliquod malum ſequatur, licet videre nõ poſſit niſi lumine ſolis præueniatur: Hæc Tho. Illi ergo gratia priuantur, qui impedimenta gratiæ in ſe habent. Impedimenta autem ſunt, & culpa originalis, & actualia peccata iunctim vel ſeorſum habita. Ideo infantes in ira Dei ſunt: Ideo omnes gratia Dei indigent, vt vetus homo crucifigatur. Quilibet itaq; poteſt dicere: Dimitte nobis debita noſtra. Oportet ergo ire ad medicum, ad rogandam ſanitatem, & non opinari ſe ſanum, cum infirmus ſit: ſed dicere cum propheta. Sana me domine, quoniam infirmus ſum, & non eſt pax in oſſibus meis. Non ſtent homines ocioſi in plateis: ſed rogent Dominum, vt in vineam eius mittantur ad laborandum, & illius gratia ſinguli denarium recipiant. Et non oportet exiſtimare, ꝙ diuina prouidentia, libertatem excludat, & opera, vt notat Tho. in. 3. contra gentes capitulo. 73. vbi docet, ꝙ diuina prouidentia prouidet, vt homo libere finem ſuum aſſequatur. Vnde de neceſſitate ſequitur, ex diuina prouidentia & ex prædeſtinatione, liberta. Si. n. qui in peccato eſt, ſeruus peccati eſt, & gratia ſola eſt illa quæ tollit peccatum. Charitas ſiquidem operit peccatorum multitudinẽ. Gratia ergo ſeruitutẽ tollit, & libertatem præſtat. Poſſe. n. peccare, via eſt ad ſeruitutem: Gratia ergo radix & ori/

go eſt veræ libertatis:Ideo dixit Dñs. Si filius vos liberauerit: vos vere liberi
eritis. Sed quia gratia prædeſtinationis effectus eſt:prædeſtinatio eſt primo,pri/
ma origo,nullã habens ante ſe aliã veræ libertatis humanæ. Prouidentia ẽt Dei,
videt effectus oĩum cauſarũ,ſed non in hoc tantũ ſiſtit illa cognitio. Exilis enim
eſſet & cõfuſa,ſed videt modum quo effectus a ſuis cauſis proueniunt, & vidit
Petrum libere negaturũ. Et quia oĩa præuiſa de neceſſitate erunt,vt ſunt præui
ſa:ſequit̃ de neceſſitate, ꝙ effectus cauſarũ contingentium, erunt contingẽter.
Sic.n.præuiſi ſunt,& aliter nõ euenit,ꝗ̃ præuiſum eſt. Infallibilis.n.eſt prouidẽ
tia Dei, niſi velimus aliquid euenire,qđ tamen Deus nõ præuiderit:quod aures
catholicæ audire nõ patiunt̃. Sunt autẽ hæc conſona, his, quæ ſubdit Auguſt.
in.l.de Sermone Dñi,vbi dicit:Ad hæc reſpicit etiam illa Angelorũ prædica/
tio. Gloria in excelſis Deo:& in terra pax hominibus bonæ voluntatis: vt cum
præceſſerit bona voluntas,quæ vocantẽ ſequit̃: perficiat̃ in nobis voluntas Dei,
ſicuti eſt in cœleſtibus Angelis. Vnde dicit Auguſt.in expoſitione quarundã
propoſitionũ, ex epiſt. ad Rom̃. cap.55. ꝙ multi non venerunt,cum vocati fue
rint:quod nõ intelligendũ eſt de vocatione, quæ eſt ſecundũ electionem. Nemi
nem.n.Deus prædeſtinat,quem præſciat nõ eſſe crediturum:ita ꝙ vtrũq; verũ
eſt:Multi vocati ſunt,pauci electi. Et illud etiam nõ volentis, neq; currentis,
ſed miſerentis eſt Dei,vt notat Auguſt.ad Simplicianũ.l.i.q.ii. vbi dicit. Quã/
tis multi vno modo vocati ſint:tñ quia non omnes vno modo affecti ſunt, illi
ſoli vocationem ſequunt̃,qui ei capiendæ reperiunt̃ idonei:& tamẽ verum eſt,
de vocatione,quæ ex æterna electione prouenit, ꝙ vocat electos eo mõ,quo
idonei ſunt vocari:ad alios vocatio quidem venit. Sed quia talis fuit, qua mo
ueri non poſſent,nec eam capere apti eſſent:Ideo vocati dici poſſunt, nõ tamẽ
electi. Non.n.ita libertatem prædicamus, vt contradictoria admittamus, dicẽtes
hunc electum:& tamẽ vocatum nõ audire. Caſus quidem implicat, & reddit deũ
neſcium:neq; põt prædeſtinatio eſſe ad oppoſitũ illius quod eſt in præſcientia
Dei. Nos igit̃, ſuppoſito ordine diuinæ ſapientiæ, libertatem defendimus, de
qua dicit Aug.in inchoata expoſitione ad Rom̃. Sed hoc plane iuſtum eſt apud
Deum,quia vere iuſtum eſt: vt hi,quos peccatorũ ſuorũ pœnitet, eo tẽpore quo
nondũ pœnarũ manifeſtus terror apparet: miſericorditer ſeparent̃,ab eis, qui
defenſiones peccatorũ ſuorũ pertinaciter exquirentes, nulla pœnitentia corrigi
volunt:Hæc Auguſt. Pœnitentia autem,libera eſt, non inuita:Ideo ex Dei miſe
ricordia, digna fructu æterno.

CAPVT III.

AVGVST.& Thom. prædeſtinationis & gratiæ, indefeſſi Præ
dicatores:libertatem voluntatis ſemper prædicant & defendunt:
& quod homo libere vult, quæcunq; vult:ita ꝙ gratia, ſine qua
mortua eſt,libertatẽ non tollit. Audi Auguſt. de duabus anim.
contra Manich.cap.10. vbi poſt longam diſcuſſionẽ, dicit quibus
conceſſis colligerem,nuſquã.ſ.niſi in voluntate eſſe peccatũ: & infra. Voluntas
eſt animi motus,cogente nullo,ad aliquid, vel nõ admittendum vel adipiſcen/
dum,

dum,& infra an erat difficile videre inuitum volenti eſſe cõtrariũ:& infra. Omnis qui volens facit, non cogit̃:& omnis qui nõ cogit̃, aut volens facit, aut nõ facit: Vnde cũ aliquis procellæ tẽpore, proiicit merces in mare, vt.3.Eth.dicit Ariſt.licet voluntariũ, mixtũ ſit inuoluntario. Plus tamẽ habet de voluntario, dicit Ariſt. ibi quãuis non dicat̃ ſimpl̃r & in vniuerſali velle, ſed cum illis particularibus cõditionibus. Volens ergo homo, & libere benefacit, & malefacit, p actum ſuũ ſemper libere elicitum. Vnde Auguſt. cõtra Fortu.lib.2.dicit. Si liberum arbitriũ non dediſſet Deus: Iudiciũ puniendi nullum iuſtũ eſſe poſſet: nec meritum recte faciendi, nec præceptũ diuinũ vt ageret̃ pœnitentia de peccatis: Hæc ille. Hunc autẽ locum nõ poſſunt exponere pro ſtatu innocentiæ, quia loquit̃ de præcepto pœnitentiæ, qd nullum eſſet ſi peccatũ non eſſet: & iniuſtũ eſſet, niſi liberũ eſſet arbitriũ. Manifeſtant autem hoc, verba quæ ipſe ſubdit dicens: Quæ peccata, niſi libera voluntas eſſet? in nobis peccata nõ eſſent: & infra. Ego dico peccatũ non eſſe, ſi non propria voluntate peccetur (& loquit̃ de adultis.) Hinc eſſe & præmiũ, quia propria voluntate recta facimus: aut ſi pœnam meret̃, qui peccat inuitus: dabit & præmium mereri, qui benefacit inuitus. Quis autẽ dubitat non deferri præmiũ, niſi ei qui aliqua bona voluntate fecerit? Hæc Auguſt. Liberum itaq; arbitrium eſt, ſed ex ſe ſolo ad malũ, cum gratia Dei ad bonũ. Et ſi libera non eſſet voluntas: illi non cõmitteret̃ pœnitendi præceptũ. Illa.n.potentia debet pœnitere, quæ põt peccare & benefacere. Si.n. non poſſet benefacere, nõ poſſet pœnitere: & ſi peccare nõ potuiſſet: pœnitere nõ deberet. Facite ergo (Dixit Dñs) dignos pœnitentiæ fructus. Et niſi libera eſſet volũtas: poſſet dicere anima, quæ dicit Aug. ibi contra Fortunatũ: Si eſſent principes tenebrarum (quos fabulant̃ aſini Manichei) diceret itaq; anima præſertim ſi non eſt ex traduce, ſed a Deo creata (vt tenet via cõmunis Theologorum) quãuis Auguſt. vtrãq; uiam dicat ſtare cũ ſacris eloquiis. Diceret ergo anima, ſi non eſt libera, dirigens ſermonem ſuum ad Patrem noſtrum & Deũ nr̃m. Apud te fui: Tu me huc miſiſti: hic oppreſſa ſum: reſpirare nõ poſſum: quid me accuſas peccantẽ? aut quid promittis indulgentiã peccatorum, ſi pœnitere non poſſum? aut ſi poſſum, qũo non libera ſum? Libere ergo peccat anima, & liberius cum gratia, & miſericordia Dei pœnitet. Hanc libertatem repetit Auguſt. contra Adimantum Manichei diſcipulũ cap. 27. vbi dicit, in hoc ſermone apoſtolico: ſatis apparet bonitas Dei, ſecundũ quam dixit Eſa. Ego ſum Deus, qui facio pacem: & ſeueritas ſecundũ quã dixit conſtituo mala. Simul etiã oſtendit in noſtra poteſtate eſſe, vt vel inſeri bonitati ipſius, vel excidi ſeueritate mereamur: Hæc Auguſt. Qui ſicut laborauit grãm perſuadere Pelagiano: ita laborat perſuadere libertatem Manicheo. Ideo dicit cõtra Fauſtum Manich. l.21. cap.3. ad tollendam oẽm ambiguitatem de animis noſtris. Vides ergo bonitatem, & ſeueritatem Dei, in eos quidem, qui fracti ſunt ſeueritatem: in te autẽ bonitatem. Si permanſeris in bonitate: nempe audiſtis: nempe aduertiſtis: quẽadmodum nec Deo auferat iudiciariam ſeueritatẽ, nec homini liberam voluntatem. Occultum eſt: altum eſt inacceſſibili ſecreto ab humana cogitatione ſecluſum: Hæc Auguſt. Oportet ergo prædeſtinationem prædicare, & libertatem, defendere. Vtrũq; credamus, licet vtrũq; explicare non valeamus. Ideo repetit

cautenul

Auguſt.contra eundem Fauſtũ.l.22.cap.78.Siue autẽ iniquitas,ſiue iuſtitia: niſi eſſet in voluntate,non eſſet in poteſtate: & ſi in poteſtate,non eſſet nullum præmium:nulla pœna iuſta eſſet: quod nemo ſapit niſi qui deſipit: Hæc ille.Nõ minus diligens ad libertatem aperiendam, q̃ ad ſecretum gratiæ prædicandũ: Vnde in.2.l.de actis, cum Felice Manich.infeliciſſimo cap.4.dicit.Audi de libero arbitrio primo ipſum Dñm,vbi duas arbores cõmemorat:audi dicentẽ.Aut facite arborem bonã,& fructum eius bonũ:aut facite arborem malam, & fructum eius malum:Et infra.Sed habet vnuſquiſq; in voluntate,aut eligere, quæ bona ſunt,& eſſe arbor bona:aut eligere,quæ mala,& eſſe arbor mala: Et infra. Hoc ergo dominus dicens:aut facite illud:aut facite illud:oſtendit eſſe in poteſtate quód facerent:& quia ſi bonũ eligerent,præmium eius acciperent. Si malum eligerent,pœnam eius ſentirent:Semper aũt ille iuſtus:aut remunerator,aut dãnator: Hæc Auguſt.Qui eandem veritatem repetit cõtra Secũdinũ Manich. cap. 11.15.&.16.quæ omnia inducere longum eſſet.Sed audiamus ipſum in.l.de natura boni cap.48. vbi dicit.O magna patientia tua Dñe, qui pluis ſuper iuſtos, & iniuſtos:qui nõ vis mortem peccatoris,ſed vis, vt reuertat & viuat:qui parcis corripiens,dans locum pœnitentiæ: qui patientia tua, ad pœnitentiã adducis,quãuis multi, ſecundũ duritiem cordis ſui, theſaurizant ſibi iram: Hæc Auguſt. & alia multa ibi.in.l. etiam de fide, contra Manich.cap.9.dicit: Peccatum fit ab anima rationali,cui liberum voluntaatis arbitriũ,& cap.10.Sed quid verũ eſt,niſi & dominũ dare præcepta, & animas liberæ eſſe voluntatis,& malum naturã non eſſe,ſed eſſe auerſionem a Dei præceptis:Hæc Auguſt.qui cap.28.repetit idem. Sed audi eum contra aduerſariũ legis,& prophetarũ.l.1.cap.22.Quomodo autẽ diceret Dñs: Aut facite arborem bonã:aut facite arborem malã,niſi homo poſſet nunc hoc,nunc illud,mutata voluntate, cõuerti: Hæc Auguſt. Sed quia exiſtimant aliqui Auguſt.eſſe opinionis oppoſitæ:Audiamus iterũ ipſum de Geneſi contra Manich.l.1. cap.3.vbi hæc verba ponit. Iſtum ſolem quẽ cum vermiculis cernimus:Manichei ſic colunt, vt particulam dicant lucis illius in qua Deus habitat: ſed nos intelligamus aliam lucẽ eſſe,in qua habitat Deus: Vnde eſt illud lumen,de quo in Euang.dicit:Erat lumen verum,quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ:& infra.Iſtud non irrationabiliũ animalium oculos paſcit,ſed pura corda eorum, qui Deo credunt, & ab amore viſibilium rerum & temporalium, ſe ad eius præcepta ſeruanda conuertunt:quod oẽs homines poſſunt,ſi velint,quia illud lumen,omnem hominẽ illuminat venientem in hunc mundum:Hæc Auguſt.Quem iterum audiamus, contra literas Periliani, lib.2.vbi dicit.Si tibi proponam quæſtionẽ,quomodo Deus pater attrahat ad filium homines,quos in libero dimiſit arbitrio: fortaſſis eam difficile ſoluturus es. Quomodo enim attrahit, ſi dimittit vt quis quod voluerit eligat? & tamen vtrũq; verum eſt,ſed intellectu hoc penetrare pauci valent: Hæc Auguſt.& in l.de octo quæſt. ad Dulcitium, ita dicit.Dixerat Dñs: Non eſt bonũ tollere panem de manibus filiorũ,& dare canibus.Sed cordis inſpector,eam mutatã vidit: & ideo non ait.O canis,magna eſt fides tua:Sed, O mulier,magna eſt fides tua. Mutauit vocabulum,quia mutatum vidit affectũ,atq; illam correctionẽ ad fructum perueniſſe cognouit: Hæc Auguſt.

CAPVT IIII.

EXISTIMANT quidam, ꝙ Auguſt. liberū ponit arbitriū: cū contra Manich. diſputat: qui adeo nitebatur errores Manicheorū refellere, vt de numero Pelagianorū eſſe videat̃: Et capiunt iſtud, ex quibuſdam verbis Tho. in opuſculis ſuis male intellectis. Sed cur non dicunt iſti potius, ꝙ Auguſt. Pelagianam libertatem deprimit, non chri/ ſtianam. Tenebat Pelagius, ꝙ natura noſtra, non eſt vitiata per originale pecca/ tum, & ꝙ homo poterat ſibi mereri primam gratiam: hæc nos vti hæretica dāna mus: peccatum originale confitemur: gratiæ neceſſitatem ad naturā ſanandam prædicamus: ſed libertatem voluntatis defendimus. Auguſt. etiā, diſputans con tra Manich. non fuiſſet mentitus de libertate. Videamus tamē, quid dicit, quan do cōtra Manich. non diſputat, immo quid dicit cum grām & prædeſtinationem cōtra Pelagianos exaltat. Dicit itaq;, ſuper Ioā. cap. 6. tract. 26. Credere non pōt, niſi volens, & tñ nemo ad me (dixit dñs) venit niſi pater meus traxerit eum. Pa/ ter aūt non trahit inuitū. Amore ſiquidem animus trahit̃. Cur aūt trahat iſtum, & non illū. Noli iudicare, ſi nō vis errare: ſemel accipe & intellige: non traheris ora, vt traharis: hæc Auguſt. & catholice & caute. Quæ aūt ad Petilianū Donatiſtam dixit: in præcedenti cap. diximus, vbi etiam in præcedenti cap. 83. dicit hæc ver/ ba. Mores optimi libertate voluntatis eligunt̃. Contra Creſconium grāmaticū, etiam. l. 3. cap. 51. ita dicit. Dedit quidē deus homini liberā voluntatē, ſed nec bo nam infructuoſam, nec malā voluit eſſe impunitā: Hæc ille. Sed audiamus iterū Auguſt. de baptiſmo cōtra Donatiſtas li. 4. cap. 14. De conuerſione autē nullius deſperandū eſt: ſiue foris ſiue intus conſtituti, quā diu patientia Dei ad pœni/ tentiam adducit, & viſitat in virga facinora eorū, & in flagellis peccata eorum. Hoc. n. modo, miſericordiā ſuam nō diſpergit ab eis, ſi & ipſi, aliquādo miſereā tur animæ ſuæ, placentes Deo: Hæc Auguſt. Videt̃ ne tibi igit̃, ꝙ ſeruū ſit arbi/ trium: liberū dicis in malefaciendo ſine gratia: ego liberius dico, qđ eſt in reſur gendo cum grā, quæ ſola, veram facit hominis libertatē, ſicut peccatū veram fa cit ſeruitutē. Sed redeamus ad Auguſt. qui in. l. de vnit. eccl. ca. 9. Tot & tanta di/ cit de libertate arbitrii. Quis dubitauerit, ꝙ Iudas Chriſtū, ſi voluiſſet, non vtiq; tradidiſſet: & Petrus ſi voluiſſet, ter dñm non negaſſet: Sed ideo fuit de iſtis certa prædictio, quia Deus etiā futuras præuidet voluntates: Hæc Auguſt. qui videns multos ocioſos in plateis, in Dei prædeſtinatione, & Chriſti merito adeo confidentes, immo ſemetipſos decipientes, ꝙ nihil operabant̃: in. l. de peccato/ rum meritis. 2. cap. 5. dicit iſta verba. Nec tamē de hac re ſolis votis agendum eſt, vt nō ſubinferat̃ ad bene viuendū etiā noſtræ efficacia voluntatis. Adiutor enim noſter Deus dicit̃, nec adiuuari pōt, niſi qui aliquid ſponte conatur: Hæc Auguſt. Qui neq; prædeſtinationē, neq; pluſquā oportet, liberū arbitriū exal/ tauit: ſed modum tenuit, & regulā credendi nobis tradidit ia eodem. l. cap. 2. di/ cens. Sunt. n. quidam tñ præſumentes de libero humanæ voluntatis arbitrio: vt ad nō peccandū, nec adiuuandos nos diuinitus opinent̃, ſemel ipſi naturæ no ſtræ conceſſo liberæ voluntatis arbitrio. Vnde fit cōſequens, vt nec orare de/ beamus: hæc ille. Libera eſt ergo voluntas noſtra, ſed ad euitanda peccata &

opera bona, neceſſario gratia indiget. Ideo ſemper orare oportet, nã iuſtitia ho
minis voluntate, per Dei gratiam fit, vt cõfitet᷑ & defendit Auguſt. in. l. de natu
ra & gratia cap. 42. & cap. ſequenti dicit. Non igit᷑ Deus impoſſibilia iubet, ſed
iubendo admonet, & facere quod poſſis, & petere qđ nõ poſſis: Hæc Auguſt.
Ora igit᷑ ad Deum, & admonentẽ non fugias, & volentẽ ſanare nõ contẽnas, &
labora ſemper non in fiducia operũ tuorum, ſed in ſpe Dñi noſtri Ieſu Chriſti,
qui Chirographa peccatorũ noſtrorum cruci affixit vbi pependit, in ſimilitu/
dine carnis peccati ꝑpter carnem peccati, vt vetus homo noſter moriat᷑: ꝑpter
quod dixit Auguſt. l. pri. de gratia Chriſti contra Pelagium & Celeſtinum cap.
13. Quis aũt non videt, & venire quẽquã & nõ venire arbitrio voluntatis? ſed hoc
arbitriũ põt eſſe ſolũ, ſi nõ venit; non põt autem eſſe, niſi adiutum ſi venit.

CAPVT V.

AVGVST. fecit librum de gratia & libero arbitrio, vt ab eo di
ſcerent hoĩes de illis loqui intra terminos proprios. Gratia. n. liber/
tatem nõ tollit, imo dat. Si. n. peccatũ reddit hoĩem ſeruũ, quẽ an/
tea Deus liberum fecerat: Prædeſtinatio & gratia, dum peccatũ tol
lunt, hoĩem ad priſtinã libertatem reſtituunt. Cum. n. filius nos li/
berauerit, vere liberi erimus. Gratia ergo, libertatẽ ſecum affert: & libertas grãm
ſequit᷑, vt lumen ſequit᷑ corpus luminoſum. Dicit igit᷑ Auguſt. in præfato libel
lo cap. 2. Reuelauit aũt nobis per ſcripturas ſuas ſanctas eſſe in hoĩe liberũ vo/
luntatis arbitrium. Quõ autẽ reuelauit cõmemoro vos nõ humano eloquio ſed
diuino. Primũ, quia ipſa diuina præcepta homini nõ prodeſſent, niſi haberet li
berum voluntatis arbitriũ. Ideo. n. data ſunt, vt homo de ignorantia excuſatio/
nem nõ haberet: Hæc ille. Et ſi tu lector, videbis totũ illud cap. vidiſſe nõ pœ/
nitebit. Et ſi Deus præcipit præceptũ ſuæ voluntatis indicium eſt: Enitere igit᷑,
vt facias, & ora ad Dñm, vt det vt facias, & nõ dicas Deus nõ vult. Legit᷑ Eccl.
15. Nõ dixeris ꝑpter Deũ abeſt. Quæ. n. odit, ne facias: audi ſapientiſſimum Sa
lomonem in Prouerb. Inſipientia viri violat vias eius. Deum aũt cauſat᷑ in cor/
de ſuo. Deus autẽ non vult hominem peccatorem, qui vult vt conuertat᷑ & vi/
uat. Ipſe. n. dicit Eccl. 15. Ab initio fecit hoĩem, & reliquit illum in manu conſi/
lii ſui. Si volueris, conſeruabis mandata. Tibi aquã apponit & ignem, ad quod/
cũq; volueris extendere manũ tuã. In conſpectu tuo vita, & mors: & quodcũq;
volueris dabit᷑ tibi. Ecce, inquit Auguſt. apertiſſime videmus expreſſum libe
rum humanæ voluntatis arbitriũ. Aut facite arborẽ bonã, aut facite arborem
malam, dixit Dñs, & ad Rom. 12. Noli vinci a malo. Vnde propheta. Nolite fie
ri ſicut equus & mulus & in Prouer. 1. & 3. Noli repellere cõſilia matris tuæ. No/
li deficere a diſciplina Dñi. Noli negligere legem. Hæc, & innumerabilia alia
dicit Auguſt. de gratia & libero arbitrio, cap. 2. de libris diuinorum eloquiorũ,
quæ oſtendunt liberum humanæ uoluntatis arbitriũ: quod Dñs Chriſtus millies
nos docuit. Audi Matth. 6. Nolite vobis theſaurizare theſauros in terra: & 16.
Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Sed audiamus Paul. 1. ad Cor.
7. Quod vult faciat: non peccat, ſi nubat. Ecce liberũ arbitrium in vxore ducẽ/

da, & tñ matrimoniũ ſacramentũ magnũ eſt in Chriſto, & eccleſia, dixit Apoſt. Et pri. ad Cor. 15. Si autẽ volens hoc facio, mercedem habeo. Ecce præmium libertati promittit, & 2. ad Cor. 8. Nũc vero & facto perficite, vt quẽadmodũ promptus eſt animus voluntatis, ita ſit & 2. ad Thi. 3. ſed & oẽs qui pie volunt viuere in Ieſu Chriſto, perſecutionẽ patient̃: Et pri. Thimo. 4. & ad Phil. 6. & Iacobi. 2. & pri. Io. 2. libertatẽ clare poteſtis legere & videre. Quam ẽt ſcriptura veteris teſtamenti prædicat & defendit. Scriptum eſt. n. in. 2. Paralip. 15. Dñs uobiſcũ quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis: cum inuenietis: ſi dereliqueritis eum: relinquet uos. Et pri. Paralip. 28. & tu Salomon fili mi: cognoſce deũ, & ſerui ei in corde perfecto in animo voluntario, ſeu in anima volente. Libera eſt ergo voluntas, ſed ſine gratia Dei, non põt benefacere, iuxta illud Cant. 8. Quæ eſt iſta quę aſcẽdit dealbata? incũbens ſuper fratruelẽ ſuũ? Dealbata eſt. n. quæ per ſeipſam, alba eſſe non põt, quia omne donũ perfectũ deſurſum eſt, Iac. 1. Non tamẽ ꝓpter hæc, putet̃ nihil ibi facere homines ꝑ liberũ arbitriũ. Ideo propheta dicit Pſal. 94. Nolitẽ obdurare corda veſtra: & per Ezech. 18. dicit Dñs. Proiicite a vobis impietates veſtras, & facite uobis cor nouũ, & ſpiritum nouũ, & facite oĩa mandata mea, ecce libertas, ſed gratiæ neceſſitatẽ audi in cap. 36. eiuſdem prophetæ. Ego, dicit Dominus, dabo vobis cor carneũ, & ſpũm nouũ, vt faciatis mandata mea. Si vis ergo eſſe ſaluus (dicit Dñs Mat. 19.) ſerua mandata. Cohibe ergo linguã tuam a malo, & labia tua, ne loquant̃ dolũ: neq; oportet dicere, cur nõ me uocat Dñs, ſicut Paulum. Dic tu, & etiam, cur nõ reuelauit mihi euangeliũ, quod ꝑ reuelationem Paulus accepiſſe teſtat̃? O homo, tu quis es qui ſic reſpõdeas Deo? Quid in te eſt niſi peccatũ? niſi vitium? De quo igit̃ gloriaris? in quo confidis? ut infinitã bonitatem & ſeueritatẽ Dei, ad iudicium vocare nõ pudeat? ſit tibi correctio ſalubris, iuxta illud Auguſt. de correctione & gratia cap. 6. Qui correctione cõpunctus, ſalubriter ingemuit, & ad bona opera reuertit̃: hic apertiſſime utilitas correctionis apparet. Sed uideamus tandẽ, quid dicat Aug. in. l. reſponſionũ ad articulos falſo ſibi impoſitos. Fuit, n. ſibi impoſitũ, ꝙ diceret iſtum articulum. 2. ꝙ Deus nolit omnes ſaluare etiã ſi omnes ſaluari velint. Rñdet, cum ueritas dicat: ſi vos, cum ſitis mali, noſtis dare bona filiis ueſtris, quãto magis pater ueſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe: Quõ fieri põt, ut Deus, qui etiã illos ſaluat, de quibus dici non põt, ꝙ ſaluari uelint, nolit aliquos ſaluari, qui etiã ſaluari uelint, niſi aliquæ cauſæ exiſtãt, de quibus, quãuis ſint nobis incognoſcibiles, ita tamẽ iudicat, de quo dici non põt, aliter eũ quicquã facere debuiſſe q̃ fecerit. Remota tamẽ ergo hac diſcretione, quam diuina ſcientia, intra ſecretum ſciẽtiæ ſuæ continet ſynceriſſime credendũ eſt, atq; profitendũ Deũ uelle, ut oẽs hoĩes ſalui fiant. Siquidem Apoſt. Cuius eſt iſta ſentẽtia ſolicite præcipit, quod in omnibus eccleſiis piiſſime cuſtodit̃, vt deo pro oĩbus hominibus ſupplicetur. Ex quibus ꝙ multi pereunt, pereuntiũ eſt meritũ, ꝙ multi ſaluant̃ ſaluantis eſt donum. Vt. n. reus dãnetur, inculpabilis eſt Dei iuſtitia. Vt aũt iuſtificet̃, ineffabilis Dei gratia eſt: Hæc Auguſt. declarando articulum ſibi impoſitũ: Omnis ergo efficaciter uolens ſaluari, ſaluat̃ per gratiam illius, qui in nobis facit velle & operari. Nemo. n. ſibi poteſt mereri primam grãm, & Chriſtus eſt qui meruit nobis illam. Audiamus iterum ipſum in reſponſione articuli. 10. vbi dicit: Nõ ergo

caſus ruentium, nec malignitatem iniquorũ, neq; cupiditates peccantiũ prædeſti
natio Dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit: ſed plane prædeſtinauit iudicium
ſuum, quo vnicuiq; retributurus eſt, prout geſſit ſiue bonũ, ſiue malũ: quod iudi
cium futurũ non eſſet, ſi homines Dei voluntate peccarent. Erit aũt iudiciũ ma/
nifeſtiſſime, & omnis homo, quẽ diſcretio diuinæ ſententiæ in ſiniſtra cõſtituit
parte, damnabitur: ꝙ non Dei, ſed ſuam executus eſt voluntatẽ. Vnde videᵗ
ꝙ illi, qui deciduũt cum ſolo originali peccato, quia propria voluntate nõ pecca
runt, ꝙ ad illud iudiciũ non veniant: & nõ eſt incredibile, ꝙ illis ſupranaturalia
nõ ſint reuelata, vt minus affligantᵗ. Ego aũt inuenio in Aug. ꝙ dãnantur. i. pœ/
nam dãni patiunᵗ. Et licet dicat pœnam eorũ mitiſſimã: ſuppliciũ tamen nomi/
nat. Et in Epiſt. Tomo Epiſt. 107. tenet, ꝙ ad iudiciũ veniunt ẽt paruuli iudican
di. Et iſta ſententia placet magis, raptim tamẽ tranſeo, quia nõ eſt locus hic pro/
prius determinandi. Redeamus igiᵗ ad Auguſt. in rñſione articuli. 13. vbi opor/
tebat dare rñſum clarum, non biſulcatũ, aut amphibologicum. Nefas eſt Deo a/
ſcribere cauſas minarũ, qui & ſi ex æterna ſcientia præcognitũ habet, quid vniuſ/
cuiuſq; meritis retribuiturus ſit. Nemini tamen, per hoc ꝙ falli non põt, aut ne
ceſſitatem, aut volũtatem intulit delinquendi. Si ergo a pietate quis deficit: ſuo
in præceps ferᵗ arbitrio: ſua cõcupiſcentia trahiᵗ: ſua perſuaſione decipiᵗ: nihil
ibi Pater: nihil Filius: nihil Spiritus ſanctus: nec in tali negotio quicquã diuinæ
voluntatis interuenit. Hæc Auguſt. vbi aperit mentem ſuã, quã, vtinam prædica
tores oẽs intellexiſſent. Si autẽ tu a me quæris: eſt ne vera prædeſtinatio: dico ꝙ
vera eſt: ſancta eſt: certa eſt: ineuitabilis & infallibilis eſt: quia Deus eſt, & ſapien
tia Dei: & tamẽ liberũ eſt humanæ volũtatis arbitriũ, immo ſi illud nõ eſſet, hoc
nõ eſſet. Omnes. n. naſcimur filii iræ, & quia iuſta eſt ira Dei: habemus vnde ira/
ſcaᵗ Deus, in nobis. Oñes. n. in Adam mortui ſumus: ſub ptãte principis tene
brarum ſumus: corrupta natura noſtra eſt & vitiata, vſq; ad intellectum tenebris
ignorantiæ deprauatũ, & voluntatẽ nõ potentẽ reſiſtere cõcupiſcentiæ carnis, in/
fectioni carnis, & legi peccati. Quia ergo humana noſtra natura tota vitiata erat,
neq; ſeipſam interimere poterat: & Deus, ex mera gratia ſua: ex mera ſua miſe/
ricordia: ad id, nullis meritis præcedentibus, miſit vnigenitũ filium ſuũ, vt huma
nam naturam aſſumeret, quæ ſine peccato eſſet in ſimilitudine carnis peccati, in
vnitate perſonæ & exiſtentiæ, vt ipſe moriens nobis mereret, quibus mors debe
baᵗ: ſtipendiũ. n. peccati, mors eſt. Ille ergo ſine peccato mortuus eſt, ꝑpter pec
cata noſtra, vt vetus homo noſter morireᵗ in ſimilitudine mortis Chriſti, & nos
reſurgeremus in nouitate ſpũs. Merito ergo Chriſti, & gr̃a Dei, reſurgimus: &
tunc vere liberi ſumus, vt dixit Dñs. Prædeſtinatio ergo & gr̃a, non ſolũ ſtant
cum libertate, ſed veram libertatem faciunt. Et ſi peccatum eſt proprie ſeruitus
hominis: poſſe peccare, nunq̃ partem libertatis appellabo: & qui prædeſtinatus
eſt, libere bene facit, nõ inuitus, ſed amore trahiᵗ a Dño: & ita libere homo be/
nefacit, & malefacit. Si aũt quæris, quid ſit prædeſtinatio. Dico, ꝙ non intelligo:
quia neq; quid Deus ſit intelligo. Infinita eſt ſapientia Dei: infinita bonitas: & ea/
dem rõ formalis ſimpliciſſima ſapientia eſt & bonitas. Quõ ergo poſſum ſcire
quid eſt prædeſtinatio? Illam veneror: illam credo: quia Deus dixit ita clare, vt
negari non poſſit: ſed libertatem & credo, prædico, & defendo: quia illud etiã

ſacra

ſacra eloquia exprimũt. Quomodo ſimul ſtẽt quæris: modos quos ego ſcio tibi dixi, & illos ex vetuſtioribus doctoribus eccleſiæ accepi. Et quia neſcio explicare, non deſinam vtrũq; credere. Non.n. oportet miſcere prodigioſa mendacia veritati. Fateamur ignorantiam, vbi nõ poſſumus profiteri intelligentiam: & dicamus cum Apoſtolo. O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ Dei, q̃ incomprahenſibilia ſunt iudicia eius: q̃ magnificata ſunt opera tua Domine: nimis ꝓfundæ factæ ſunt cogitationes tuæ, Pſal. 91. Liberã tamen voluntas eſt, neq; impoſſibilia ſunt mandata illius, qui dicit: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Vnde Ioã. primo epiſtol. 5. Hæc eſt charitas Dei, vt mandata eius obſeruemus, & mandata eius grauia non ſunt. Agite ergo pœnitentiã. Ecce Chriſtus in cruce pendens apertis brachiis, vos ad pœnitentiã inuitat. Si ſani eſtis, accedite ad eum, qui vos ſanauit. Si infirmi, currite ad medicum, vt medicinam pœnitentiæ vobis inſpiret. Petite ab eo aquam ſalientem in vitam æternam. Gemite ex corde peccata veſtra, quia Dominus dixit: Quacũq; hora ingemuerit peccator, amplius eius iniquitatum non recordabor: ſed tu prædicator, diſcerne quibus prædicas, & tace quæ non intelligis. Neſcis quia propter rudes dictum eſt illud. Qui infirmus eſt, olera manducet: Et Chriſtus pauit multitudinem panibus Hordeaceis: fragmenta tamen, quæ ſunt ſecretiora myſteria, apoſtoli collegerunt, vt multa ſecreta cum peritioribus cõmunicẽtur. An neſcis expoſitionem legis a Deo Moyſi traditam, per ſucceſſionem fuiſſe reuelatam, & vſq; ad Eſdram non fuiſſe literis demãdatam. Quomodo ergo, tu panes ab apoſtolis collectos, populo tradis ad manducandũ. Sed ve paſtoribus Iſrael, dicit Dominus. Hoc.n. prædicandi officium de iure diuino eſt Epiſcopis impoſitum: neq; oportet prædicare per Theologos mercenarios: Sibi.n. non prouident, etiam ſi gregi prouident. Tu igitur prędicator, vide quibus prædicas: diiudica quibus loqueris: rebellionem nõ nutrias: labia tua non loquantur mendaciũ: ſed tace quę tacẽda ſunt: paruulis lac præbe, nõ eſcam quã digerere nequeunt. Recordare ꝙ inflat ſcientia, quæ ſine charitate eſt, & poſſis dicere: quis infirmaẗ in vobis, & ego non infirmor: non velis videri admirandus in conſpectu gentium: nõ doceas ea in quibus indiges præceptore. Vide Auguſt. in. 4. de doctri. Chriſt. Vide in. l. de prædeſt. ſanctorum, quomodo prædicanda eſt prædeſtinatio. Vtinam inuenire mus præceptorem in terris. Et vbi Apoſt. expauit, tu ſine timore nauigas, quia pelagi profunditatem nõ menſuras, & ſcopulos nõ agnoſcis, neq; ſubmerſam nauiculam mentis tuæ metiris. Quo tendis inſane? imitare vetuſtiores Theologos, qui ædificabant eccleſiã Dei. Morum viam inſtrue & doce, nec literarũ penitus expertibus, Theologiæ ſecreta propalare contendas, ſed verba Aug. quotidie in prædicando repetas, quæ ipſe ponit in enarratione in pſal. 31. vbi dicit. Iacob.n. in epiſtola ſua cõtra eos, qui nolebant bñ operari, de ſola fide ꝑſumẽtes, ipſius Abrahę opera cõmendauit: cuius Paulus fidẽ, & nõ ſunt ſibi aduerſi apoſt. Dicit aũt opus oibus notum. Abrahã filiũ ſuum imolandũ Deo obtulit, magnũ opus, ſed ex fide. Laudo ſup ędificationẽ operis, ſed video fidei fũdamentũ. Laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicem. Si.n. hoc præter fidẽ rectã faceret Abrahã nihil illi ꝓdeſſet qualecũq; illud opus eſſet: Rurſum ſi ſic teneret fidem Abrahã, vt cum ei Deus imperaret offerre ſibi immolandum filium

ſuū: diceret apud ſemet ipſum non facio: & tamen credo, quia me etiam contē/nentem iuſſa ſua, liberat Deus. Fides ſine operibus mortua eſſet, & tanquam radix ſine fructu ſterilis, atq; arida remaneret: Hæc Aug. & infra. Tene ergo fi/dem operaturus, ſed dicis nō hoc ait Apoſt. Paul. imo hoc ait Paul. Apoſt. Gal. 5. Fides (inquit) quæ per dilectionem operat̃: & alio loco. Plenitudo ergo legis charitas: & alio loco. Oīs. n. lex in vno ſermone implet̃: eo q; ſcriptū eſt. Diliges proximū tuū tanq̄ te ipſum. Vide ſi non vult te operari, qui dicit: Non adultera/bis. Nō homicidiū facies &c. Et infra. Nō ergo Iacobū Apoſt. Paulo, ſed ipſum Paulum ipſi Paulo, opponamus, & dicamus ei. At nos quodāmodo permittis im pune peccare, cum dicis. Credidit Abrahā Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiā. Ar bitramur iuſtificari hoīem per fidem ſine operibus: Sed adhuc dicis: fides quæ p dilectionem operat̃: quomodo hæc quaſi ſecurus fio, ſi operatus nō fuero? Te ipſum Audi, o Apoſtole. Certe fidē hic mihi ſine operibus vis cōmendare: opus aūt fidei, dilectio eſt, quia dilectio vacare non pōt, niſi & mali nihil operet̃, & q̄c/quid pōt boni operetur: Et infra. Ergo ſi nihil mihi prodeſt fides ſine charitate: Charitas aūt vbi fuerit, neceſſe eſt, vt operet̃: fides ipſa per dilectionē operatur. Quomodo ergo iuſtificabit̃ homo per fidē ſine operibus? R. ndet ipſe Apoſt. Propterea hoc tibi dixi, o homo, ne quaſi de operibus tuis præſumere videre/ris, & merito operū tuorū te accepiſſe fidei gratiam. Noli ergo præſumere de operibus ante fidem: noueris quia peccatorē te fides inuenit: & ſi te fides data, fe cit iuſtum: impiū inuenit, quo faceret iuſtum: & infra. Credenti autē in eum qui iuſtificat impiū: deputat̃ fides eius ad iuſtitiam, ſicut & Dauid dicit beatitudi/nem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus. Iuſtitiā quā? fidei, quam bona opera nō præceſſerunt, quam bona opera conſequunt̃. Intendite er/go vos, alioquin male intelligendo proiicitis vos in illam voraginē impune pec/candi: Et ego liber ſum, ſicut ipſe Apoſt. ab omnibus male intelligentibus liber fuit. Libenter. n. male intellexerunt, ne bona opera ſequerent̃. Nolite eſſe de nu mero talium, fratres: Dicit̃ in quodam Pſal. de quodā homine tali: ideſt de ta/li genere quaſi de vno. Noluit, inquit, intelligere, vt bene ageret: non dictum eſt, non potuit intelligere. Vos ergo oportet, vt velitis intelligere, vt bene aga/tis. Intellectus. n. vobis non deerit manifeſtus. Quis eſt manifeſtus intellectus? Nemo iactet bona opera ſua ante fidem. Nemo ſit piger in bonis operibus ac/cepta fide. Dat Deus ergo indulgentiam omnibus impiis, & eos iuſtificat ex fi/de: Hæc Auguſt. Prædicanda ergo fides eſt, ad charitatē, & opera monendi ho/mines: ita vt vnuſquiſq; pro modulo ſuo audiat: Et ſicut ſibi conſcius fuerit, ita vel doleat corrigendus, vel gaudeat approbandus. Si ſe deuiaſſe inuenerit: redeat, vt in via ambulet: Si ſe in via inuenerit: ambulet, vt perueniat. Nemo ſit ſuperbus extra viam. Nemo piger in via. Vnde magnum myſteriū eſt, q̄d Aſellus adductus eſt Domino, populus mitis & manſuetus, portans bene Do/minum. Aſellus eſt & tendit in Hieruſalem. Diriget enim mites in iudicio & docebit manſuetos vias ſuas. Si carueris iſto Seſſore: tu cades, non ille, dicit Aug. in enar. Pſal. 31. Oportet ergo vt Aſellus adducatur ad Dn̄m, quod gratiæ eſt: Sed ſub Seſſore, op; vt ambulet in Hieruſalē: vt cū Seſſore ſimul, Hieruſa lem ingrediat̃. Nemo. n. aſcendit, niſi qui deſcēdit: ſed Chriſtus qui videt genus

humanū

humanum ſub arbore fici, ideſt ſub conditione carnis, ait Auguſt. ibidē. Videat in carne noſtra fructum boni operis, ne eius maledictione areſcamus ſub Chriſto humiles ambulemus in Hieruſalem, vt nemo ſit ſuperbus extra viam, nemo piger in via. Nihil enim illi profuiſſet ad dominum adduci, niſi ſub domino ad Hieruſalem ambulaſſet.

CAPVT VI.

IO. CHRYSOST. libertatem voluntatis ſemper prædicat & defendit. Vnde ſuper Mat. cap. 26. Homel. 81. dicit. Sane. n. Dei vocatio, nec mentē eorū qui virtutem volūt contēnere vllo modo violentat, ſed hortatur quidem ac cōſulit, & omnibus modis bonos eſſe perſuadet. Si vero aliqui reluctentur, nullo modo coercet: hæc ibi. Et cap. 25. Homel. 53. dicit. Quis. n. hoīum eſt, vel gentilium, vel Iudeorū, quem nō ſufficienter ſpiritualibus & corporalibus ſenſibus adornauit, cui nō dedit ſciam boni & mali, cui non dedit poſſe fugere malū, & appræhendere bonum ſi vult? Sicut. n. nullus eſt homo cui aliquid corporis mēbrorū minus ſit ad vſum corporalē: ſic non eſt cui minus ſit aliquid ſenſus, aut potētiæ ad intelligētiam boni & mali, & ad omne opus bonū faciendū quodcūq; voluerit. Audi etiā eundē Homel. 14. ex varíis locis in Mat. dicit. Liberi quippe arbitrii nos creauit Deus, vt voluntate noſtra cum adiutorio Dei, quod volumus, faciamus. Si publicanus es, potes fieri euangeliſta. Si blaſfemus es, potes fieri apoſtolus: nec eſt vlla malitia, quæ pœnitentia non ſoluat. Noli mihi dicere, perii: quia iam medicū habes fortiorē te, & potentiorē q̄ infirmitas tua. Medicū habes voluntatē tuā, ſi volueris emendantē, & potentem, & cupientē. Potes ēt videre quæ ille dicit ſup Ioā. cap. 8. Homel. 54. Quō vero voluntas cauſa ſit malorū noſtrorū: quō pœnitentia placat Deus, dicit in caput Geneſeos. 7. Homel. 23. vbi dicit. Niniuitæ, audito, q; adhuc tres dies ſunt, & Niniue ſubuertet. Non ſolū non deſperauerunt, ſed ad dictū exurrexere. Tantāq; malorū fecerunt miſſionem, & tam diligētem cōfeſſionem declarauerunt: q; & ad bruta vſq; extenderent ea, quæ ad pœnitentiā attinebant. Dicebant. n. quis ſcit, ſi forte pœniteat Deus, ſup malitia quam vt nobis faciat loquutus eſt. Vidiſti barbarorū gratitudinē. Vidiſti quō neq; dierū anguſtia ſegniores fecit. Vñ ex ꝯfeſſo fuerit, q; voluntas nr̄a malorū oīum cauſa eſt: hæc ille, & in cap. Geneſ. 12. Homel. 32. dicit. Nullus accuſet pulchritudinē. Nullus inutilia verba hæc dicat. Hanc perdidit forma: huic pulchritudo cā fuit interitus: nō pulchritudo īn cā eſt, abſit. Opus. n. Dei eſt, & ipſa, ſed peruerſa volūtas malorū oīum cauſa eſt: hæc ille. Et in cap. Geneſ. 22. Homel. 47. Introducit deum Abrahæ loquentē. Non hoc præcepi, vt perficiat, neq; volo vt occidat puer tuus: ſed vt obedientia tua fiat manifeſta oībus. Igit̄ ne feceris quicq̄: ꝯtentus ſum volūtate tua, & ex hac te corono & p̄dico: hęc Io. vbi vides coronā Abrahæ ſuæ voluntati donatā. Non tñ exiſtimes, q; præmium voluntati dat, ſed meritis ſecundū menſuram gratiæ, & quicquid in nobis eſt, aliquo beneficio dignū, illud ex grā Dei eſt, & Chriſti merito, licet nos ex grā Dei iuſtificati cooperemur operibus bonis, ſicut Deus dat nobis p miſericordiā ſuā. Qui aūt nō iuſtificatur:

iuſto dei iudicio & ſua culpa non iuſtificatur, vt notat Auguſt. de prædeſtin. & gratia, cap.11. dicens. Si dicitur Pharaonem non potuiſſe mutari, quia eum præſciuerat Deus non eſſe mutandũ. Reſpondetur Dei præſcientiam, non cogere hominem, vt talis ſit, qualem præſciuit Deus: ſed præſcire talem futurum, qualis futurus eſt, quãuis eum non ſic fecerit Deus: hæc ille. Non decipitur deus, fateor: ſed quia non decipitur, ideo nos libere facimus ſicut præuidit Deus, qui liberum fecit humanæ voluntatis arbitrium. Præuidet enim res Deus, vti ſunt. Sunt autem vti ipſe fecit. Fecit autem hominem liberũ, qui propria iniquitate peccauit: ſed de remedio prouidit Deus humano generi in omni ſtatu: nam & ipſum Adam, noſtræ contagionis originem, ad pœnitentiam vocauit, iuxta verba Sapien.10. vbi dicitur. Et illum qui primus formatus eſt a Deo, Pater orbis terrarum, cum ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit & eduxit illum a delicto ſuo. Hæc autem verba Auguſt. de Adam exponit: De cuius pœnitentia, in nullo alio loco legitur: & ita Deus ſemper genus humanũ dilexit, & erga illud, vſus eſt miſericordia ſua. Inſpirauit enim Deus Moyſi, & tabulas lapideas ſcripſit, & notauit legem in diſpoſitionibus Angelorum vt in act. Apoſtolorum legimus. Detinuit itaq; Deus Moſen quadraginta diebus in mõtibus, & iterum totidem, vt daret illi legem. Poſt hæc autem prophetas miſit, qui tot paſſi ſunt, neq; fuerunt Iudei in aliqua oppreſſione, quin per prophetam viſitati fuerint. Nunc autem humi proſtrati, ſacrificio carent, & prophetis: quod indicium eſt inſanæ eorum perfidiæ. Venerunt ergo prophetæ: bellum irruit, quod fere omnes ſubſtulit & trucidauit. Incenſi ſunt libri, ſed deus iterum inſpirauit alium virum, vt ſcripturas repararet: Eſdram dico, & ex reliquiis illarum, auxilio Dei componere fecit. Poſt hæc, diſpenſauit, vt eſſent ſeptuaginta, qui interpretarentur eas. Interpretati ſunt, & ſi volumina illa extarent: nullus locus dubitandi remanſiſſet hebræis perperam intelligentibus ſcripturas. Ibi enim exiſtimo ſermonem fuiſſe clariorem de originali peccato: de diuinitate Meſſiæ: de Trinitatis myſterio: de Angelis, & de Virgine matre Domini, & de Hebdomadis aduentus Domini, qui poſt hæc Dei miſericordia venit, & declarauit legem & adimpleuit. In parabolis loquutus eſt, ſed ſigna & miracula fecit euidentia, & ita clare doctrinam ſuam tradidit, ꝙ niſi qui primus ſæuit in genus humanum, zizaniam ſeminaſſet: nulla eſſet hæreſis. Doctrinam, & ſigna Chriſti, ſcripſerunt Apoſtoli, & Euãgeliſtæ. Chriſtus etiam, qui veſtem habuit inconſutilem, vt vnitatem eccleſiæ abſens corpore conſeruaret, Petro dedit claues regni cœlorum, & non niſi illas de quibus Eſa. loquitur cap.22. Quarum actus adæquati, & totales ſunt claudere & aperire. Partiales vero, ſoluere & ligare. Et iſtæ claues regni cœlorum, ſoli Petro datæ ſunt. Claues autem in ſacramento pœnitentiæ, quãtum eſt ex parte ordinis, datæ ſunt omnibus Sacerdotibus: & iſtæ claues ordinis appellantur. Claues autem iuriſdictionis ligandi. ſ. & ſoluendi, datæ ſunt omnibus apoſtolis & ſucceſſoribus eorum, vt ſoluere poſſent in foro iudiciali. Sed claues regni cœlorũ nõ euacuantur per iſtos actus Sacerdotum & Epiſcoporum. Habent actus ſuperiores, & ſuper vniuerſum gregem. Ideo dixit Dominus illi: Paſcæ oues meas non has, vel illas, dixit: ſed oues in communi. Ideo dixit Ioan. Chryſoſt.

ſuper

ſuper act. Apoſtol. ꝙ Petrus a filio, ſuper omne quod eſt filii poteſtatem ac/
cepit, non vt Moſes in gente vna, ſed in vniuerſo orbe. Poſtea Petrus Ro/
mæ fundauit Eccleſiam, in qua ſemper apoſtolicæ Cathedræ viguit principa/
tus, dicit Aug. in ſecũdo Tom. epiſt. Epiſt. 162. Sed Ireneus longe antiquior illo,
in. 3. l. aduerſus hæreſes Valentini cap. primo, docuit illud idem. Et licet Cypri/
nus Apoſtolos in Apoſtolatu pares poſuerit, vt in prædicando, baptizando, &
abſoluendo: tamen Petrum principem conſtituit. l. quarto Epiſt. cap. 9. Vbi di
cit. Super Petrum ædificatã Eccleſiam. Ideo dicit in pri. l. Epiſt. 3. quód Petrus
ſuper quem ædificata ab eodem Domino fuerat eccleſia: Eccleſiæ voce reſpon
dit. Et primatum Petri iterum repetit Cyprianus, ſcribens ad Quiri. fol. 333.
vbi dicit. Petrus, quem primum Dominus elegit, & ſuper quem ædificauit ec/
cleſiam: hæc Cipr. quem tamen aduerſarii citare ſolent pro oppoſita parte.
Quód vero ſedes Romana, ſit ſedes Petri: habemus ab Iren. Cypr. & Au/
guſt. qui non ſolum ſucceſſiones numerant, ſed Auguſt. etiam dicit Romanũ
Pontificem ordinari ab Oſtienſi Epiſcopo, qui hodie decanus eſt Cardinaliũ.
Vide Auguſt. in collatione tertii diei cum Donatiſtis. Et ſic Chriſtus ſuam
ſanctam ordinauit eccleſiam, a qua receſſerunt hæretici multi Germani. Deus
ergo ſemper vſus eſt miſericordia ſua erga genus humanum: Ita ꝙ quicunq;
ſaluatur: Dei gratia, & Chriſti merito ſaluatur. Nos autem, vbi benefeceri/
mus: dicamus, vt nobis Dominus impoſuit, non ad humilitatem cum men/
dacio, ſed ſumma cum veritate exercendam. Serui inutiles ſumus, non pro/
pter hoc tantum ꝙ quæ debuimus fecimus, ſed quia nihil ex nobis fecimus.
Deus enim eſt qui dat nobis velle & operari, & ille vnicus actus diſplicentiæ
de peccatis in cõmuni, qui in iuſtificatione ſufficit, vt Dicit Thom. prima ſe/
cunda. Actus elicitus voluntatis noſtræ eſt, ſed a Deo excitante, mouente, in/
ſpirante, & voluntates noſtras prauas ad bonum conuertente. Tu tamen te exer/
ceas in eleemoſynis: in orationibus: & in his quæ potes cum ſpeciali auxilio
Dei: vt Deus, nullis meritis tuis præcedentibus, tibi gratiam miſericorditer
largiatur. Sic enim puto intelligere Chryſoſto. ſuper Ioan. capit. primo Homel.
17. vbi dicit. Hinc admoneri poſſumus Deum, ſuis in nos beneficiis, noſtras nõ
præuenire voluntates, ſed a nobis incipiendum eſſe. Sed cum nos, prompto
paratoq; animo, ad ſuſcipiendam gratiam exhibemus: tunc multas nobis af/
fert ſalutis occaſiones. Et pie intelligo Chryſoſt. qui etiã vaſa miſericordiæ pon/
derauit, ad Romañ. ꝙ loquatur in cõmuni ſtatu adultorum, de quorum nu/
mero, non fuit Paul. & ꝙ iſti debent aliquibus operibus moralibus intende/
re cum ſpeciali auxilio Dei: Et ita poſſent præuenire beneficium gratiæ, nullis
tamẽ meritis præcedentibus, vt ordo iuſtificationis, quæ cõmuniter ſolet contin
gere, iſte ſit, ꝙ adultus cum ſpeciali auxilio Dei, quod in peccatoribus, &
in his qui ſine fide ſunt, inueniri poteſt, faciat aliquod morale bonum, &
& inde recipiat gratiam quam ſequuntur & merita, ita quod opera illa præ/
cedentia, merita nullo modo dicantur, neq; de condigno, neq; de congruo, ſi/ caue
ue fiant cum ſpeciali auxilio Dei (vt tenet via communis Thomiſtarum)
ſiue ſolo lumine rationis, vt non eſt incredibile. Ego tamen teneo, quod
ſemper præueniat beneficium ſpecialis auxilii Dei ad opus moraliter bonum.

Ideo Chryſoſt. videt̃ hanc expoſitionẽ admittere pri. ad Cor.cap.9. Homel.14. dicens, q̃ ſi voluntas vult vt debet, deus miſericordiã præſtabit. In epi. tamen ad Rom̃.cap.9.ſerm.17.dicit, q̃ Paulus vbiq; volũtatẽ coronat: quæ dicta Chryſoſt. nos acceptamus, quatenus ſint ſecundã regulã Catholicæ fidei, quæ opera noſtra meritoria admittit, non tñ ex ea parte, qua ex voluntate ſunt, ſed pp dei grãm, & Chriſti meritũ. Vnde in nobis gratia eſt, & voluntas charitate perficit̃. Vt aũt opus ex nobis eſt, nullo beneficio dignũ eſt, quia ſerui inutiles ſumus. Et ſi aliũ ſenſum verba illius faciunt, neq; verba, neq; ſenſum admittimus: ſed opera & grãm cõfitentes, dicamus cum Aug. in enarra. in Pſal. 31. Nemo ſit ſuperbus extra viam. Nemo piger in via. Si extra viã eſt: roget dñm vt ponat̃ in via. Si in via eſt: operet̃, ne cadat a uia. Et licet fides ſit, quæ iuſtificet impium, cum gratia dei, & Chriſti merito, qui deus accepto & nõ potenti accedere, cõfert iuſtitiã ſuã. Si tamẽ iuſtificatus renuit operari, ſpreuit iuſtitiã ſuã, & cadit ab ea, vt notat Origenes ad Rom̃.c.3. Nam fides quæ iuſtificat, radix eſt bonorũ operum, ſine quibus a iuſtitia dei gratis data, decidit.

CAPVT VII.

DIVVS Hieronymus, vbiq; prædicat liberũ humanæ volũtatis arbitrium. Vnde dicit ſuper Eſa.cap.65. Gladio eſtis traditi, quia nõ ſolũ reliquiſtis me, & obliti eſtis mei, & fortunæ poculũ miſcuiſtis: ſed cum eſſem Emanuel.i. nobiſcũ Deus, de quo & Io. ſcribit: Verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis: præſens vos vocaui: Reuertimini ad me filii reuertentes, & venite ad me oẽs, qui laboratis, & onerati eſtis, & rñdere noluiſtis. Loquutus ſum in parabolis, & oĩa quæ facere debui feci, & non audiſtis me, & cõtẽpſiſtis. Veni, & nõ erat homo. Vocaui, & nõ erat qui obediret: Nec vobis hæc ſufficiebat in impietas, vt me præſentẽ contẽneritis, & miſſum uos occideretis hæredem, ſed feciſtis malũ in conſpectu meo, & quæ volebam elegiſtis, & blaſfemaſtis filium Dei, vt peteretis uobis Barabã latronẽ, homicidii & ſeditionis authorem: & adhuc audetis dicere (ſicut dicunt iſti qui oĩa attribuunt præſcientiæ) quare nos errare feciſti a via tua? Si.n.qui neſciebant, inuenerunt me, & qui me nõ inuocabant, ſuſceperunt me. Quibus vos digni eſtis cruciatibus, qui miſſum ad vos, atq; dicentem: non veni niſi ad oues perditas domus Iſrael, ſuſcipere noluiſtis: ſed inſuper affixiſtis cruci: Hæc Hierony. qui ſuper Ezech.18.cap.dicit iſta verba. Ergo domini voluntatis eſt, oẽs ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Vbicũq; aũt videt̃ ſeuera & truculenta ſñia, non homines, ſed peccata cõdẽnat, & l.10.cap.33. poſt introducta verba deſperantiũ dicit. Rñdet Deus non velle ſe mortem impii, ſed vt reuertat̃, & viuat, & ad impios deſperãtes dicit. Cõuertimini a viis veſtris peſſimis: & infra. Quibus oĩbus demonſtrat̃, nec peccatorẽ ſalutẽ deſperare debere, ſi agat pœnitentiam. Hæc Hieron. qui Malachiæ. pri.cap. dicit. Eſau & Iacob de vna ſtirpe genitos, hoc eſt vitia atq; virtutes ex vno cordis fonte pcedere, dũ ex arbitrii libertate in vtrãq; artẽ, vt volumus, declinamus: ſed priora naſcant̃ vitia per infantiã, pueritiam,

& iuuentutem

& iuuentutem, quæ poſtea ætas firmior corripit atq; ſupplantat. Hæc Hier. ſecundum ſpiritualem intelligẽtiã: hiſtoriæ veritatem, & myſteria fidei, alibi nos aperuimus. Hæc aũt Hieronymi induximus ad hoĩs probandã libertatem.

CAPVT VIII.

BASILIVS ille magnus in. l. ſuo de pœnit. ita dicit. Viuo ego, dicit Dñs, hoc iuſiurandũ deo cõpetit. Quia. n. maiorem ſe non habet. Iurat aũt propter incredulitatem eorũ qui pœnitentiã tollunt. Viuo ego, dicit Dñs, & nemo abſterret̃, qm̃ nolo mortẽ peccatoris, ſed vt conuertat̃ & viuat. Qui viuit, viuere vult peccatorẽ. Eſt ne Deus etiã, cum iurat indignus cui credat̃? an neq; verbo, neq; exemplo, neq; iuramento fidem habes? & operibus crede. Non eſt ſubuerſa Niniue? Pœnitentiam. n. egit: Hæc ille. Et infra. Introducit Dauid, qui in vna cauſa transgreſſus, homicidium cõmiſit & adulteriũ, ſed vidit ille homo vulnus qđ ſibi miſer inflixit, & ſtatim ad pharmacũ properauit, ad medicũ confugit, peccaui dicens, & mox adhibita eſt medicina: Hæc ille. Ecce quõ orationes exaudit Dñs ad pœnitentiã: nec oportet quotidie aſcendere ad altitudinem ſecretorũ Dñi: nam ẽt & præſcito, bona opera proſunt vt minus puniatur: & Dñs eſt qui dixit, ꝙ quacũq; hora gemuerit peccator, delebunt̃ peccata ſua. Imitemur ergo filiũ prodigũ, & cũ pœnitẽtia redeamus ad patrẽ miſericordiarũ. De iſto prodigo ſubdit Baſil. venit ad patrem cauſam dicturus, acceſſit illum, pudore ſuffuſus, tñmodo volens, & ipſe Deus vltro occurrit. Cœperat dicere, & mox illum pater amplectit̃. Conſydera patris viſcera, & ſpem veniæ haudquaq̃ abſcindes: & infra. Si Deus condonat, qs eſt qui cõtradicat? Ita inſtituti ſumus vt præcemur. Remitte nobis debita nr̃a, qm̃ remiſiimus & nos. Tu remittis, & deus nõ remittit? Te fecit eſſe medicum tui ipſius: & infra. Accedit ad Dñm mulier peccatrix, nõ vocat: Vidit peccatũ: acceſſit ad iuſtitiam: vidit morbũ ſuũ: abiit ad medicũ: acceſſit nõ in faciem. Neq;. n. tm̃ habebat confidentiæ, nõ appræhendit illius manũ, qm̃ tantũ præſumere non audebat: ſed ad pedes acceſſit, quos & lachrymis lauit: capillos ad tergendũ exeruit, hac tm̃ vice probe, quas ſæpenumero male cõſpicuas reddidit: tunc demũ bene nudauit: exemplar tibi propoſuit: vt ad pedes Ieſu fugias: Rediit ad patrẽ, & tñ dixit. Ego vobiſcũ ſum: quandocũq; voles fuge ad illum cũ fiducia: irriga pedes illius: prope eſt, & venit præſens, & abiuit præſens: Hæc Baſil. ille magnus qui nos admonet, lachrymis pedes Dñi, immo noſtra peccata lauare.

CAPVT IX.

LIBERTATEM arbitrii defendit Ireneus qui fuit diſcipulus Policarpi. Policarpus autẽ fuit Ioan. Euangeliſtæ diſcipulus. De Iren. quæ dicit. l. quintus Hiſto. Eccl. cap. 24. Tu videas. De illo mẽtionem facit Hier. in. l. de ſcript. Illuſtr. Aug. contra Iulia. l. 1. de eo honorifice loquit̃. Dico hæc de Ireneo, quia paucos uideo verſari in libris ſuis. Iſte igit̃ aduerſus hæreſes Valentini. l. 4. cap. 71. confutat hæreſim,

quã nos intendimus confutare. Vnde capitis talis eſt titulus. Oſtenſio q́ homo li
ber ſit,& ſuæ poteſtatis, ad hoc vt poſſit eligere bona vel cõtraria. Poſtea caput
incipit, dicens. Aliud aũt quod ait, quoties volui congregare filios tuos & nolui
ſti. Veterem legem libertatis hominis manifeſtauit, quia liberũ eum Deus fecit.
Ab initio habentem ſuã poteſtatẽ, ſicut & ſuã animã ad vtendũ ſententia uolun
tarie, & nõ coactum a Deo (vis.n.a Deo nõ fit) & infra. Quẽadmodũ & Apoſt.
Paul. in Epiſt. quę eſt ad Ro. teſtificatus eſt dicens ita. An diuitias bonitatis eius
& patientiæ & longanimitatis contẽnis. Ignorans quoniã bonitas Dei in pœni/
tentiam te adducit. Secundũ aũt duritiem tuam, & cor impœnitẽs, Theſaurizas
tibimet ipſi iram: & infra. Deus dat bonũ: & qui operant́ illud, gloriam & hono
rem percipiunt, quia operati ſunt bonum, cum poſſent non operari illud. Hi
autẽ qui illud non operant́, iudiciũ iuſtũ Dei recipient, qm̃ nõ ſunt operati bo/
num, cũ poſſint operari illud: Hæc Iren. Ex quibus patet liberum humanæ volũ
tatis arbitrium: & eandem doctrinam repetit. cap. 72.

CAPVT X.

DIVVS Cyprianus martyr Glorioſus, e͞piſt. lib. 1. Epiſt.
3. Cornelio fratri ſcribit iſta verba. Conuerſus Dominus
ad Apoſtolos ſuos, dixit. Nunquid & vos vultis ire, ſeruãs
ſ. legem, qua homo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio p̄/
prio cõſtitutus, ſibimet ipſi vel mortem appetit, vel ſalutẽ:
hæc Cypr. qui in. l. 3. Ad qui. cap. 52. dicit iſta verba. Credẽ
di, vel nõ credendi libertatẽ in arbitrio poſitã in Deutero/
nomio. 30. Ecce dedi ante faciem tuã vitam, & mortem: bonũ, & malũ. Elige vi/
tã, & viues. Itẽ apud Eſai. pri. Et ſi volueritis, & audieritis me, bona terrę edetis.
Si aũt nolueritis, & nõ audieritis me, gladius vos conſumet. Os. n. dñi loquutum
eſt iſta. Item in Euang. ſecundũ Luc. Regnũ Dei intra uos eſt: hæc Cypr. Qui
quantæ auctoritatis ſit: Aug. contra Donat. & cõtra Pelag. ſit tibi teſtis: & Cypr.
iſte in libello ad Nouatianũ hæreticũ, docet manifeſte hominis libertatẽ: & in. l.
de cœna Dñi de gratia Dei, dicit iſta verba. In amplitudine ſinus ſui, mater cha
ritas, prodigos ſuſcipit reuertentes: & velit nolit Nouatus hæreticus, omni tẽpo/
re Dei gratia recipit pœnitentes. Ipſe dñs noſter derelictorũ perſonã gerens, in
cruce ſe querit́ derelictũ, & ne deſperarẽt etiã in vltimis conſtituti: Feſtinans in
adiutoriũ illico adeſt, & re in arcto poſita, nõ differt beneficiũ, ſed repente indul
gentiæ celeris documentũ eiuſdẽ ſtatuit & exemplum, Latroni inquiens. Hodie
mecũ eris in paradiſo. Latrociniũ damnationẽ meruerat, & ſuppliciũ, ſed cor cõ/
tritum pœnã mutauit in martyriũ, & ſanguinem in baptiſmũ, in momento ípie
tas religionẽ, crudelitas induit pietatẽ, & ſtatim conſũmatus ciuis ſanctorũ, & do/
meſticus Dei, permiſſus eſt in regnũ recõciliationis humanæ, priuilegiũ ſecum
ferens ad ſuperos. Quid tu dñe amplius Stephano contuliſti? quid amplius ille
obtinuit di lectus tuus, qui ſupra pectus tuũ in cœna recubuit? quid amplius Pau
li meruere ſudores? quid labores ſanctorũ? quid tot annorũ tormẽta? quid mar/
tyrum plagæ? vna hora huic collatum eſt præmiũ, ad quod illi per tot diſcrimi/

na peruenerunt. Sic tu Domine armētarios ſtatim facis prophetas, opiliones, Reges, Teloniarios Apoſtolos, piſcatores doctores, neq; ab his quos ſanas, lente languor abſcedit, ſed illico quē reſtituis, ex integro conualeſcit, quia conſumatū eſt, quod facis, & perfectum quod largiris: Hæc Cypr. Glorioſiſſimus doctor & martyr, qui dicit etiam in eodē ſermone in vltima pagina. Sed & in eodem articulo tēporis, cum iam anima feſtinet ad exitum, & egrediens ad labia expirantis emerſerit, pœnitentiam clementiſſimi Dei benignitas nō aſpernatˀ: nec ſerū eſt, qđ verum, nec irremiſſibile, quod voluntariū, & quæcūq; neceſſitas cogat ad pænitudinē, nec quātitas criminis, nec breuitas tēporis, nec horæ extremitas, nec vitæ enormitas, ſi vera contritio, ſi pura fuerit voluptatū mutatio, excludit a venia, ſed in amplitudine ſinus ſui, mater charitas, prodigos ſuſcipit reuertentes: Hæc Cypr. Vnde innotuit tibi libertas, innotuit fructus pœnitentiæ, quāuis in extremo vitæ ſit. Innotuit Dei gratia, & Chriſti meritū. Quæ oīa recte conſonant auribus fidelium. Sed cum dicit Pau. iuſtificati hoīes per fidem, pœnitentiā nō excludit: nā licet pm̄ in iuſtificatione ex parte dei gratia ſit: ex parte tñ noſtri pm̄ ad qđ cōcurrit voluntas, fides eſt, & per illā applicatˀ nobis Chriſti meritū, in virtute cuius nobis donatur & fides ex qua ſurgit homo ad diligendū deū & deteſtandū peccata, & ſine fide nihil valeret pœnitentia: ideo fides infidelem iuſtificat, & pœnitentem, quia per meritū Chriſti crediti peccata pœnitenti donantur. Fides. n. eſt pœnitentiæ caput & origo. Sed iſti nolunt audire verba Domini: Ideo aut libertatem negant, aut prædeſtinationē & grām: ideo de eis pōt dici illud Eſa. 6. Excæcati ſunt ſerui Dei, & illud Sopho. 3. colūba non exaudit vocem. Dn̄s dixit. Venite ad me omnes qui laboratis, & multi ex nobis dicunt, q; Deus non vult eos venire: Et qn̄ reuelauit illis Deus ordinem diuinæ ſapiētiæ, cur nō audiunt prophetam Pſal. 88. dicentē. Viſitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorū: miſericordiā aūt meam nō diſpergā ab eis. Ecce flagella minatˀ, vt abſtineas a peccatis, & tu dei præſcientiā accuſas. Nolo mortē peccatoris, ſed vt cōuertatur & viuat, dicit Dn̄s. Recurre ad medicū, & ſanaberis. Vbi eſt medicus, dices. Ecce tu es medicus vulneris, quod tibi ꝑpria iniquitate inflixiſti. Pr̄ miſericordiarū Deus, te medicū tui ipſius cōſtituit, vt præſto ſit, qui medicinam præbeat. An neſcis quia ipſe dixit per Ezech. cap. 18. Quacūq; hora ingemuerit peccator, amplius eius iniquitatum nō recordabor. Sed tu ſoles dicere, nō vult Dn̄s vt ego conuertar. Vbi eſt chirographū iſtud, qđ tibi de cœlo deſcēdit? in quo legiſti quod deus non vult te pœnitere? qui tamen puniet te de impœnitētia tua. An neſcis in ſacris eloquiis, Cananeā repudiatā, & canis nomine vocatā, & inſtantem tandē exauditā. Sed audi chirographū de cœlo dicens: per Ezech. 18. Viuo ego, dicit Dn̄s deus. Nolo mortē impii, ſed vt cōuertatˀ impius a via ſua & viuat. Si ergo Deus deſiderat pœnitentiā: qūo audes dicere pœnitere nō poſſum, quia Dn̄s non me vocat? cur non dicis potius: q; tu non uis audire vocantē? quia paſtoris uocem nō agnoſcis. Tu cognoſcis vocē Patris tui diaboli. Vis audire Dn̄m vocantē. Dic cum Hier. loquente in perſona populi peccatoris cap. 29. & 42. Emenda nos dn̄e. Sed in iudicio, & non in ira: & cū propheta. Sana me Dn̄e, qm̄ infirmus ſum: laua pedes Ieſu Chriſti lachrymis tuis, & ſanabuntur vulnera tua. Dic cum propheta: Errauí velut ouis, quæ periit, de qua

inuenta, magnū gaudiū fit in cœlis. Et q̄uo inuenit᷑, niſi per pœnitentiā? Inuentā aūt Paſtor Chriſtus humero ſuo portat ad cœlū, quia nemo aſcēdit, niſi qui deſcendit. Et Chriſtus moriens pro nobis, nobis inquā, nō ſibi grām & beatitudinē meruit, & ipſe dixit Luc.13. Niſi pœnitentiā egeritis, omnes ſilr peribitis. Cōuertimini ergo a viis veſtris peſſimis, orantes ad Dominū, & ipſe exaudiet vos, ſicut exaudiuit Danielem de lacu Leonū orantem, cui Abacuc miſſus, prandiū attulit, & ipſe Daniel te cōdēnat dicēs.14.cap. Non relinquet Dn̄s quærētes ſe. Ipſe te exaudiet, qui exaudiuit Suſannā inter manus Seniorū: & exaudiuit Ezechiā Regem, & ab infirmitate liberauit. An neſcitis ꝙ quæcūq; petimus a Patre in nomine Chriſti: Chriſtus petit pro nobis, qui fons eſt & origo oīum bonorū noſtroꝝ: & quia mortuus eſt ꝑꝑ peccata nr̄a, vt ſuam ingentē dilectionē cōmendaret & reconciliaret nos Deo. Ipſe auxiliabit᷑ nobis, & quæ cum auxilio capitis noſtri poſſumus, nō dicamus nobis impoſſibilia: neq; oportet ꝑ loca abdita & tenebroſa Chriſtū quærere latitātem. Nobiſcum eſt, & in corde noſtro inueniemus, ſi volumus inuenire. Si.n. quærimus eum, amamus vtiq;, aliter ſimulamus eū quærere, & illudimus illi. Si aūt amamus, vbi amor Dei eſt, ibi Deus eſt. Vbi autē Deus eſt, ibi & Chriſtus eſt. An neſcis ꝙ in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe, dixit veritas.

CAPVT XI.

VENERABILIS Beda ſup Mar.cap.10. ſic dicit. Regnū cœlorū nō eſt dantis, ſed accipientis. Non eſt.n. perſonarū acceptio apud Deum: ſed quicūq; talem ſe præbuerit, vt regno cœloꝝ dignus ſit: hic accipiet quod nō ꝑſonæ, ſed vitæ paratū eſt. Si itaq; tales eſtis, qui cōſequimini regnū cœlorū, quod Pater meus triūphantibus & victoribus præparauit. Vos quoq; accipietis illud. Item non eſt meū dare vobis, ſed quibus paratū eſt. Non eſt meū dare ſuperbis. Hoc.n. erant adhuc: ſed ſi vultis accipere illud, nolite eſſe qd᷑ eſtis. Aliis paratum eſt, & vos alii eſtote, & vobis paratum eſt. Quid eſt alii eſtote, prius humiliamini ſi vultis exaltari: hæc doctor ille. Et niſi verba Bedæ recte exponant᷑: exiſtimaremus eū erraſſe, & prædeſtinationem ignoraſſe. Dicendū igit᷑, ꝙ per regnum cœlorum, Beda nō intelligit, totum effectum prædeſtinationis. Illud.n. dantis eſt & nō accipientis: quia miſerentis eſt dei nō currentis, aut volentis hoīs: ſed libere Deus prædeſtinat. Quē vult ex maſſa perdita & humana natura, nullis meritis præcedentibus, nullo meritoꝝ intuitu, antequā aliquid boni aut aliquid mali egerint: Sed per regnum Cœlorū Beda intelligit vltimum prædeſtinationis effectū, qui Beatitudo eſt, quæ nulli datur niſi habenti meritū: Nam & pueri mox Baptizati, meritum hn̄t & ius ad æternam hereditatē, quia conſepulti ſunt Chriſto, & merent᷑ in ſimilitudine mortis Chriſti: & Chriſtus eſt qui meruit pueris vſum rationis nō habētibus, & adultis, neq; eſt aliquod meritū niſi ex gratia dei, & Chriſti merito: neq; aliquid in nobis eſt ex nobis aliquo bn̄ficio de cōdigno remunerandū in cœlo. Meritis ergo datur regnū Cœlorū, quibuſcunq; datur. Talia tn̄ ſunt merita, qd᷑ & illa, & præmium gratia dicunt᷑, & q̄ñcunq; Sacri doctores dicunt regnum Cœlorum dari

operibus

operibus noſtris nõ intelligunt totũ prædeſtinationis effectũ,ſed vltimũ qui datur operibus,quæ munera dei ſunt,& in quibus adulti cooperamur ex gratia operante,aut cooperante,ſecundũ Auguſt.& Thomæ doctrinã. Ideo qui ſaluant: Dei gratia,& Chriſti merito ſaluant:qui non ſolum pati voluit,ſed intenſiſſime pati:ideo ſigna dedit triſtitiam & ſudorem nõ timore & fortitudinis defectu. Potuit.n.ſine triſtitia eſſe Chriſtus.Dicit.n.Auguſt.ſup pſal.31. Si potuit hoc miles,cur nõ potuit imperator.Exultabant martyres coronandi; & ꝯtriſtat coronaturus.Patiebat ergo ipſe pp peccata noſtra, & factus eſt peccatũ vt deleret peccata,ſed nos debemus tollere crucẽ noſtrã vt obediamus ei,qui mortuus eſt pro nobis: crux aũt pœnitentia eſt.Libertatẽ etiã voluntatis iterum Beda docuit ſuper Apocal.libro primo cap.3.vbi textus dicit.Ecce ſto ad oſtium & pulſo: oſtiũ quidem cordis tui exhortationis dextera pulſo,quã ſi libenter receperis me inhabitatore & cohærede dignus habeberis.Per auxiliũ.n.grãe pulſat,ſed per voluntatis oſtium ingredit,vnde oĩa poſſum in eo qui me cõfortat, dicit Apoſt.& ita Beda,qui ſecretũ prædeſtinationis venerat,liberum humanæ voluntatis arbitrium prædicat & defendit.Et cum ego aliqñ dico hoĩes ſaluati grã, nõ merito: ſalutẽ capio pro toto prædeſtinationis effectu,nõ per beatitudine,quæ merces eſt & meritis datur,& tñ gratia bene merito vocat.

CAPVT XII.

THOMAS, doctrina profundus & admirabilis, & totius eccleſiæ decus & veritatis clipeus, prima parte.quæſt.22, Si recte intuiti fuerimus: omnes ſoluit difficultates.Credunt multi quod diuina prouidentia neceſſitatẽ imponit, & illis de quibus dr ad Rom.8. quos prædeſtinauit hos & vocauit,& illis quibus dr in pſona Eſau. Eſau odio habui.Thomas vero dicit,qd diuina prouidentia, quibuſdã effectibus præparauit cãs neceſſarias:quibuſdam vero,cauſas cõtingentes & liberas:& ita prouiſum eſt,vt effectus quidã eueniant cõtingenter, quidã autẽ neceſſario. Vnde cum iſti dicunt,ſi pũiſum eſt,neceſſario illud erit: aliter deciperet deus. Ego dico, quod illud quod præuiſum eſt: neceſſario erit eo modo,quo præuiſum eſt,& nõ aliter q̃ præuiſum eſt.Sed præuiſum eſt qd volũtas libere ꝑ aliqua tpis morula faciet aliquid:ergo neceſſario ſequit, quod volũtas libere & cõtingenter faciet illud. Sed maior difficultas eſt illa de infallibilitate & ineuitabilitate,quam tangit Thomas in prima parte.q.23.vbi diſputat,vtrũ prædeſtinatio ſit certa, & ibi ſoluens, dicit, ꝙ Prædeſtinatio infallibiter conſequit ſuũ effectũ.Quo ergo audet dicere Thomas de vio:Nihil de hoc reperiſſe ſcriptũ in San.Thoma: in quo millies repetitũ inuenio, & tñ ipſe dicit, quod ex paſſiua præuiſione ſequit aliquid altius,q̃ euitabile vel ineuitabile, & qd neutrius cõbinationis alterum membrũ oportet ſequi:Hæc ille. Et tñ cõtradictio eſt oppoſitio cuius nõ eſt medium ſecundũ ſe.Euitabile aũt & nõ euitabile, cõtradictorie opponunt.Infallibilis ergo & ineuitabilis eſt præſcientia dei,cuius oculis oĩa nuda & aperta ſunt:neq; põt aliquid inopinatum cõtingere deo:Oĩa ergo cõparata diuinæ prouidentiæ infallibiliter & ineuitabiliter erunt,ex eadẽ tñ radice.Ex

certitudine ſcilicet diuinæ prouidentiæ, effectus cauſarum cõtingentiũ, fallibili/ter & cõtingẽter fiunt, & capiatur aliquod, quod præuiſum ponat, ſi illud eſt in/euitabile Thomæ & oium antiquorũ doctrina eſt, in ſacris eloquiis expreſſa. Si aliquid altius ſequit, & illud patit euitabile & ineuitabile: illud altius in mente diuina, æquiualebit vni diſiunctiuæ in intellectu meo: & ita ego ſcio, qd ſocrates erit vel nõ erit ſaluus, & deus ſcit vnũ ſimplex æquiualens huic diſiunctiuæ, ſed quia vtraq; pars cõbinationis, poni ęque in effectu nõ põt, ſed determinate, ego hodie ſcribo: ergo iſta veritas ab æterno fuit pñs æternitati, quia oia futura cõ/tingentia, in ſe pñtia ſunt deo, quia futurũ vt futurũ, non eſt natũ terminare certum dei intuitũ. Si ergo altera pars eſt in æternitate pñs, erit determinate cognita & ifallibiliter. Nõ opponamus deo caſus inopinatos, & ſi futura vt futura eſſent nota deo, eſſe notũ illud, ineuitabilitatẽ nõ inferret: ſed quia pñtia ſunt oia deo: dicere illa nõ eſſe ineuitabilia, eſt dicere, pñtia in æternitate nõ eſſe in eadẽ æternitate pñtia. Sed ſub incerta nobis determinatione iſta diuinæ prouidentiæ, au/diamus Dominum dicentem. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Ideo dicit Aug. in enarrationẽ pſal. 31. q; Paulus in Abrahã laudauit fidem. Iacobus opera. Laudo ait Aug. ſuper ædificationẽ operis, ſed video fidei fundamentum. Laudo fructum boni operis, ſed in fide agnoſco radicẽ, ſed fides ſine operibus, radix ſi/ne fructu ſterilis remaneret, & ad iuſtitiam nõ ſufficeret. Neceſſe eſt ergo, ait Auguſt. vt teneat viã fidei, ſed recte ambulet i ea: & eãdẽ doctrinã docet Origenes ad Ro. 3. Gra .n. dei, & Chriſti merito, per fidem iuſtificamur, ſed ſi negligimus operari: a iuſtitia cadimus, quã a deo gratis accepimus. Ipſe .n. affert eã accepto: Ideſt de ſe nõ potenti accedere. Debeo igit obedire, & dñm rogare, vt mihi obedientiam præſtet, & miſericors, miſericordiã donet. Multa et præcepta dñi mo/ralia ſunt, quæ ſine gratia, licet nõ ſine ſpeciali auxilio dei, pro aliqua parte poſ/ſum facere. Audiamus ergo Dñm dicentẽ per Hieremiã tertio. Tu fornicata es cũ amatoribus multis: tñ reuertere ad me, dicit Dñs, & ego ſuſcipiam te. Et ite/rum reuertere aduerſatrix Iſrael, & nõ auertam faciem meam a vobis, quia ſan/ctus ego ſum. Et iterum: Cõuertimini filii, & ſanabo auerſiones veſtras. Quõ er/go audes impie dicere: Non poſſum pœnitere ſine auxilio dei. Verum quidem dicis, ſed tamẽ Deus eſt, qui te ꝓmiſs allicit, & pœnis perterret, vt pœniteat te peccatorũ tuorũ. Bonas facite vias veſtras, dicit Dñs cap. 7. Sed nõ audierũt, nec inclinauerunt aurem ſuã: ſed abierunt in prauitate cordis ſui. Dicas igit cum ꝓ/pheta cap. 80. Scio Dñe, quia non eſt hois via eius, nec viri eſt vt ambulet & diri/gat greſſus ſuos. Cõfitere ergo q; nõ potes: ſed roga dñm vt poſſis. Vide quæ dicit Hieremias cap. 18. & qũo exclamat Dñs, & vocat peccatores ad pœnitentiã. Lege in Eſaia, cap. 38. qui Euangeliſta potius eſt, q̃ ꝓpheta. Vide qũo Ezechias orauerit, & illi adiecerit Dñs quindecim annos ſuper dies ſuos. Vide quid valet oratio, & pœnitentia. Legite eundẽ Eſaiam capit. 55. vbi inuitat ſitientes venire ad aquas: Aquas inquam, ideſt ad ſacramentũ regenerationis, & ad aquã quæ fluxit de latere dñi, quã nõ incredibile eſt, latronẽ baptizaſſe pœnitẽtem. Ergo lex eſt peccatori impoſita, vt pœnitentiã faciat. Curre ergo tu ad pedes dñi, & laua vulnera cordis tui, & Deus miſerebit tibi, qui nõ vult mortẽ peccatoris, ſed vt reuertat & viuat. Dicamus ergo cum Eſaia cap. 59. Non eſt abbreuiata manus

Dñi,

Dñi, vt ſaluare nequeat, neq; aggrauata eſt auris eius, vt nõ exaudiat. Nos at tẽ ſumus, qui nolumus rñdere vocanti. Ideo dicit Dñs Eſa. 65. Vocaui & nõ reſpõ diſtis: locutus ſum, & non audiſtis: & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegiſtis.

CAPVT XIII.

EZECHIEL propheta, gratiæ & prædeſtinationis dei prædica tor fidelis, libertatẽ nẽam & pœnitentiam, nunq̃ deſinit prædicare, præſertim cap. 18. & 33. vbi dicit. Tu ergo fili hois: dic ad domum Iſrael, ſic locuti eſtis: Iniquitates nřæ ſuper nos ſunt: quõ ergo vi- uere poterimus. Dic ad eos: Viuo ego, dicit dñs, nolo mortem im pii, ſed vt cõuertatur impius a via ſua & viuat. Cõuertimini a viis vřis peſſimis, & impietas impii nõ nocebit ei, quacũq; die cõuerſus fuerit. Ideo ſapiẽtiſſimus ille Salomon Prouer. 1. Cõuertimini ad correctionẽ meã: En proferam vobis ſpi- ritum meũ, & oſtendã vobis verba mea, quia vocaui & renuiſtis. Extendi manum meam, & nõ fuit qui aſpiceret: Et Sapientiæ. 12. ad deum dř. Si inimicos ſeruoꝝ tuorũ & debitos morti cum tanta cruiſti attentione, & liberaſti dans tps & locũ, per quæ poſſent mutari a malitia: cum quanta diligentia iudicaſti filios tuos qm̃ iudicans das locum in peccatis pœnitentiæ: Hæc ibi, & Eccl. 2. dř. Si pœnitentiã nõ egerimus, incidemus in manus Dñi. Et. 15. cap. dicit. Deus ab initio cõſtituit hoiem, & reliquit illũ in manu cõſilii ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua. Si vo lueris mandata cõſeruare: conſeruabunt te. Appoſui ibi aquam & ignem: ad qđ volueris porrige manum tuã. Ante hoiem vita & mors. Bonum & malũ, qđ pla cuerit dabiť illi: Hæc ibi. Vnde dř Ionæ. 3. Et vidit deus opera eorũ qui cõuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt ſuper malitia, quã locutus fuerat, vt faceret eis & nõ fecit. Et Zachariæ. 1. legiť. Cõuertimini ad me, ait dñs, exercituũ, & cõ- uertar ad vos, dicit Dñs. Ne ſitis ſicut přes veſtri, ad quos clamabant ꝓphetæ, dicentes. Hæc dicit Dñs: Cõuertimini de viis veſtris malis, & cogitationibus ve- ſtris peſſimis: & nõ audierunt, neq; attenderunt ad me, dicit Dñs: Hæc ibi clamat Dñs, nos ad pœnitentiam vocando.

CAPVT XIIII.

DEVS vult oẽs homines ſaluos fieri (dicit Apoſt. prio. ad Timoth. 2.) Ideo præcepit pro oibus generibus hoium orã dum eſſe in Eccleſia, quia de omni gñe hominũ ſaluanť. Si quærať aũt: Vnde ergo iſti pereunt, illi ſaluanť. Dicendum eſt, qđ illi gřa dei, & Chriſti merito, ſaluanť. Qui dãnan- tur, ꝓpria iniquitate dãnantur. Chriſtus. n. Deus erat, & libe re ſuſcepit paſſibilitatem humanæ naturæ, vt in ſimilitudi ne carnis peccati, offerret ſemetipſum Hoſtiã ꝓ peccato. Indubitanter. n. ꝓfite- mur mortalem fuiſſe Dñm ſecundum humanitatẽ ſuſceptam: Quia ſi mortalẽ fuiſſe nõ crederemus, mortuũ negaremus. Humana ergo natura, in Chriſto mor

talis fuit, ſed voluntate, nō neceſſitate, vt notat Hugo in lib. 2. de ſacramentis par. 3. cap. 3. Ex eo. n. quod per gratiā cōcepta fuit de Spū ſancto, aſſumpta in vnitatem perſonæ verbi ab oī mortis neceſſitate, & debito, libera facta eſt, vt nihil morti deberet, pro eo qđ peccati nihil haberet. Suſtinuit tñ ſponte mortem, & ipſius mortalitatis ꝓprietatem ſuſcepit, ſecundū qđ ordo & ratio tpis poſtulabat. Voluntate igiť, nō neceſſitate, paſſibilitatem ferebat, & qñ voluit tenebatur, qñ voluit nō tenebať, quantū voluit: & quando voluit, naturam mortalitatis admiſit. Exhibebat. n. ſe qualem volebat, ita qđ admittebat ad ſe, ex eo qđ ſponte portabat quantū volebat. Cū ergo vellet offerre Hoſtiā pro peccato totius humanæ naturæ, quæ vitiata penitus & corrupta erat: Voluit dolere quantū natura patiebatur humana, vt peccato ſatisfaceret totius humanæ naturæ. Inde Chriſti voces, quæ humanū aperiebant affectū: voluntate, non neceſſitate, ſuſceptum, & modo capitis, modo gerens perſonā mēbrorū ad Dñm loquebať. Inde guttæ ſanguinis deſcēdentis ſuper terrā. Sicut. n. voluntate voluit intenſiſſime pati: ita voluntate dedit ſigna paſſionis intēſæ, nō defectu fortitudinis quæ in Socrate cōmēdať, ſed ex eo qđ volebat ſe hoīem, ſine peccato, pati dolores ꝓ peccatis totius humanæ naturæ: Ideo ex latere eius, ſanguis fluxerunt & aqua: vt diſcerent Chriſtiani, quod nemo iuſtificať in operibus ꝓpriis, ſed dei gratia & Chriſti merito: & tunc regeneramur in nouitate ſpūs, cum Chriſti membrū efficimur. Sed in ſacramēto regenerationis, qñ Deus ſolus eſt agens; oīa peccata, & oēs pœnæ delenť. In ſacramento autē pœnitentiæ & cōfeſſionis, licet ſacerdos virtute clauium & in merito Chriſti, vnde claues accepit Eccleſia, remittat peccata: Tamen nō ſaluanť pœnitentes vt plurimū, niſi per ignē purgatorium, iuxta doctrinā Pauli prima ad Corinth. 3. & ſnīam Aug. in Enchiridion ad Laurentiū. Qui ergo ſaluanť: Chriſti merito, & Dei grā ſaluanť, & de oī genere hoīum vult Deus ſaluare hoīes: Sed licet prędeſtinatio Dei, libera ſit ꝓ bona volūtate ꝑdeſtinātis, nullo merito ꝝ nřorū intuitu: ſiquidē oīa merita effectus prædeſtinationis ſunt. Regnū tamē cœloꝝ, & ipſa beatitudo, non danť ſine meritis, in quibus nos cōopamur: Iō dicit Pau. 2. ad Tim. 2. In domo magna, nō ſolū ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia: & quædā quidē in honorē, quædam aūt in cōtumeliam. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis: erit vas in honorē ſanctificatū, & vtile Dño ad omne opus bonū operatū: Hæc Paulus. Vbi vides, qđ ille qui ſe emundat, cooperať operibus bonis, & ſtante fundamēto ſuper qđ ædificantur opera bona: Illud aūt Chriſtus eſt, libere homo ſe emundat, ex operante gratia Dei: Fundamentū. n. aliud, nemo pōt ponere præter Chriſtū qui tēplum. ſ. ſancti ædificat, qui paſſus eſt pro nobis, & Deus eſt, quē Paulus figulo cōparat, vt liceat nobis laudare bene operantē: quia ita benefacit, qđ poſſet nō benefacere: Ille tamen qui ſeruus inutilis eſt, ex præcepto Hieremiæ, nō niſi in Domino glorietur, aliter inficeret ſemetipſum, & iterū vas eſſet in cōtumeliam: quia opera noſtra, vt ex nobis ſunt, nullo beneficio æterno digna ſunt: & iterū. Eadem opera noſtra, vt ex grā ſunt, digna vita æterna ſunt. Vnde nō erubuit Paulus, ſūmus gratiæ prædicator & veridicus, ſecūda ad Timoth. 4. dicere. Bonū certamen certaui: curſum cōſummaui: fidem ſeruaui: In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quā reddet mihi dominus in illa die iuſtus iudex. Hæc Paulus: & Ezechias. Me/

mento.

mento. Quō coram te in veritate, & in corde perfecto ambulauerim, & qđ pla/citum eſt coram te fecerim. Vnde licet nobis colligere qđ Deus, qui ante cō/ſtitutionē mundi, pro ſua bona voluntate, nullorū meritorū intuitu, prædeſtinat & vocat electos ſuos. Quādo poſtea dat præmium illis, iudex dicit̃ iuſtus, & donare coronam iuſtitiæ, quæ nō datur niſi legitime certanti. Et licet præmium gratia ẽt dicat̃ ab Apoſtolo, vt donantē reſpicit, qui & merita donat & præmiū: vt tñ reſpicit recipientē, & meritis cōparat̃, corona iuſtitiæ dicit̃: Ideo neceſſaria ſunt opera nr̃a ad regnū cœlorꝝ: quia qualia opera nr̃a ſint: aurū ſcilicet vel lignū: ignis rigoroſi examinis probabit. Laboremus ergo, & oremus ad Dñm, quia fi/nis noſter, licet ſit deo pñs, nobis tñ futurus eſt. Ideo oportet: vt nos tales nos habeamus, vt opera nr̃a digna ſint corona illa iuſtitiæ, & nō exiſtimemus, qđ deo pñs eſt, nobis eſſe p̃ſens, neq; quod futurū nobis eſt, deo eſſe futurū. Ex ea par/te, qua deo pñs eſt, gratiam & prædeſtinationē veneremur. Ex ea parte, qua no/bis futurum eſt: enitamur ad illud attingere, & rogemus dominū, vt poſſimus, quod ſine illo nō poſſumus: Nō.n. currentis eſt hominis, ſed miſerentis dei. Au/det tamē Paulus dicere: curſum cōſummaui: fidē ſeruaui. Venit ergo Dominus ſaluare qđ perierat, & primus eius aduētus prædeſtinationē manifeſtat. Cum ta/men veniet iuſtus iudex iudicare viuos & mortuos: cōdēnabit eos, quos inueniet nō ædificaſſe ſupra petram: & iter ædificantes aurū & argentū, iudicabit a ligno & ſtipula. Quilibet igit̃ in Dño confidat, & in illa cōfidentia a deo petat in noīe Chriſti, & Deus dabit illis iuxta promiſſionē Domini, Mat. 7. Si.n. vos, cum ſitis mali: noſtis bona data, dare filiis vr̃is: quāto magis pater vr̃ qui in cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe. Pulſate, & aperiet̃. Petite, & dabitur vobis. Ieiunemus igitur: eleemoſynas demus pauperibus: recto corde dicamus ad Dominū: Dimitte no/bis debita noſtra, cū tamē prius dimiſerimus, & nos: Sic.n. promiſit nobis veri/tas, Dominū dimiſſurū. Nō ſimus auditores, ſed factores verbi, quia opera nr̃a ne/ceſſaria ſunt, nō vt adoptemur in filios, ſed vt filii coronam iuſtitiæ recipiamus a patre, & ſine illis operibus, nunq̃ dabit pater: qui iſta lege adoptauit filios, vt fa/cerent voluntatem vnigeniti, quē ipſe miſit ſuper terrā. Et quis ſaluatur ſine ali/quo opere? Si infans ſaluat̃, per ſacramentū regenerationis ſaluat̃: & ſicut aliena iniquitate peccauit: ita ſolo alieno merito Chriſti, ſcilicet & leuantis opere de ſa/cro fonte ſaluat̃. Adultus nō ſaluat̃ niſi credat. Recipere.n. Chriſtū, eſt in Chri/ſtum credere. Ideo nulla ouis aſcendit ad Cœlū, niſi Chriſti humeris deportetur. Ipſe.n. redemptio noſtra eſt. Redemptio aūt eſt, quod hoſtibus dat̃ pro captiuis redimendis. Hoc aūt Chriſti meritū, per fidē applicat̃, & p opera augetur & cōſer/uatur, vt in Abrahā patre credentium apparet: eius tamē fides tantopere comen/dat̃: ſed credere, opus Dei eſt & nr̃m, vt patet Ioan. 6. Illi.n. dixerant: quid facie/mus, vt operemur opera Dei? Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum, quem miſit ille. Cum vero credere ab operibus diſtinguit̃: dicit Auguſt. de prædeſtinatione ſanct. lib. 1. cap. 7. quod illud fit ab Apoſtolo, ſicut in duobus regnis Hebræorū, Iudas diſtinguit̃ ab Iſrael, cum & ipſe Iudas Iſrael ſit. Ex fide aūt dicitur iuſtificari homo, nō ex operibus, quia ipſa prima datur, ex qua cætera impetrant̃, quæ propria opera dicunt̃. Ecce q̃ in iuſtificatione tria cō/currūt. Primū, ex parte dei gratia. Deinde ex parte Chriſti iuſtitia redēptionis. Ex

parte noſtri fides in ſanguine Chriſti. Et quia redemptio Chriſti eſt, quę deus nobis dedit propitiatoriũ duoꝝ cubitorũ, & dimidii, quo ad longitudinem, & vnius & dimidii. Quo ad latitudinẽ, vt Origenes dicit ad Ro. 3. ideſt quo ad animam Chriſti & carnem: ideo Chriſti iuſtitia gratiam nõ minuit, ſed auget, quia eũ nobis dedit deus propitiatoriũ propitiatorẽ, & propitiationẽ, ideſt Hoſtiã: ſed cũ fidem iuſtificantẽ ponimus: grãm ẽt ponimus in eſſentia animæ quæ radix eſt meritorũ per charitatẽ ad quã ſequunt̃ & opera, quæ fructus ſunt iuſtificationis iam factæ per fidem, quæ tamen ſterilis efficitur, ſi nos ſteriles ſumus. Sed credere tamen opus eſt, & noſtrũ eſt pp arbitriũ voluntatis, & dei pp ſpiritum fidei, vt ille notat in primo ſuarũ retractationũ. Ad fidẽ.n. duo cõcurrunt. Aſſenſus ſcilicet, & credendorũ propoſitio. Fides ex parte aſſenſus, a deo eſt agente, obiecto fine, & regula. Ex parte propoſitionis, ex auditu eſt ad Rom. 10. Ideo quo ad proponẽdum nobis credenda: prouidit Deus de vna infallibili regula quæ eſt Eccleſia: Vnde reuelatio diuina, quæ eſt quo credit̃, & quod credit̃, ſicut & vnitas vna ẽt dicitur, eſt ratio formalis obiecti fidei. Eccleſia aũt eſt miniſtra obiecti fidei, quoniam actus fidei, per eccleſiã coniungit̃ obiectis materialibus, ideſt propoſitis p eccleſiam. Per hoc tñ medium, quia reuelatũ eſt, ita qđ ex duabus regulis infallibilibus, actus ſequitur infallibilis. In illis vero quibus imediate fuit facta reuelatio: nõ fuit neceſſaria regula eccleſiæ: ſed poſſunt dicere: Credidi pp quod locutus ſum. Et quia inter reuelata, hoc vnũ eſt, eccleſiã ſcilicet ſanctã, eſſe, & nõ poſſe errare: Ideo qui nõ credit propoſitis per eccleſiã: recedit a rõne formali obiecti fidei. i. a diuina veritate reuelatrice. Ideo dicit Aug. qđ nõ crederet euãgelio, niſi eccleſia proponeret. Ideo.n. his libris credimus magis q̃ illis, quia iſtos eccleſia credendos proponit. Ratio tamẽ formalis, eſt diuina reuelatio, quæ eſt quod credit̃, & quo credit̃: Ideo vltimata reſolutio non eſt ad eccleſiã, neq; in fidem acquiſitam, ſed in primam veritatẽ, vt reuelatricẽ. Nõ.n. credo vltimate pp fidẽ acquiſitam, qua credo Io. aut Paulo, aut eccleſiæ: ſed quia credo deo, vt Abrahã Deo credidit: ideo pri. Ioã. 5. dicit̃: quod qui credit in filium, habet teſtimonium Dei in ſe, lumen ſcilicet, fidei infuſum, qđ præbet aſſenſum, illis quæ ꝓponũtur per eccleſiã. Non.n. ad aliud vltimate reſoluit fides nr̃a & fides Apoſtoloꝝ, cum habeamus oẽs eũdem ſpũm fidei: ſed illi credebant vltimate: quia reuelatũ a Deo, inter quæ reuelata eſt eccleſiam gubernari a ſpũ ſancto: vnde lumen reuelationis eſt pp aſſenſum. Eccleſia vero, ꝓpter proponere nobis: Ideo credimus eccleſię, quia reuelatũ a Deo, licet hoc eſſe reuelatũ proponat nobis eccleſia, vt Tho. oſtendit. 22. q. 1. Aſſenſus ergo noſter infallibilis, propoſitis per eccleſiã a Deo eſt agente, regula, fine, & obiecto. Sed deus agit, lumen fidei infundẽdo. Aſſenſus actus eſt intellectus vt mouet̃ a voluntate: Ideo dicit Aug. qđ credere nõ põt homo niſi volens. Credere itaq;, & dei opus eſt & noſtrũ. Noſtrũ quidem, pp liberum arbitriũ, dicit Aug. Dei aũt, vt reuelãtis, & lumen infundentis. Et iſtud opus ſimpl̄r eſt neceſſariũ ad fidem: quia opus dei eſt Credere in Chriſtum: & hoc eſt illud recipere Chriſtum, qđ facit nos filios dei fieri. Et iſte actus, ſpũs eſt, & vita luminis fidei, in adulto: qđ lumen nõ exit ad actũ ſine proponẽte, & ſine cõſentiente propoſitis: & ita donum fidei tibi innotuit, & q̃uo præmiũ reſpondet illi vti merito: per fidem enim iuſtificamur. Et Abraham credidit deo,

& iuſtificatus

& iuſtificatus eſt. Habēs tamē in animi præparatione, & in fide, vti in radice, obe/
dire Deo in omnibus mandatis ſuis, vſq; ad imolationē Iſaac filii ſui vnigeniti.
Qui ergo ſecundum tempus nō operatur, nō habet fidem quæ iuſtificat impiū,
Illa enim eſt, quæ per dilectionem operatur: & fides ſine operibus, mortua eſt: nō
quod opera forma ſint fidei: ſed fructus, quos fides iuſtificatis tempore oppor/
tuno, operatur & facit: aliter iuſtificatus a ſua iuſtitia cadit, vt notat Origenes,
admirabilis, ad Romañ. 3.

CAPVT XV.

SVRGE, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Xp̄s,
dixit Apoſt. ad Ephe. 5. & operamini cibum qui nō perit. Ioā. 6. di/
cit Dn̄s mouens ad opera ſancta. Operemur ergo cum auxilio dei,
opera quædam moralia, & Eleemoſynas diſtribuamus pauperibus,
quæ ſine ſpiritu inhabitante, in nobis fieri poſſe cōcedimus; & illu/
minabit nos Dominus, & ſine meritis noſtris, dabit nobis ſpiritū vitæ, vnde in/
ſiti ſimus Chriſto, qui vera vita eſt. Exurgamus dolendo de peccatis nr̄is, poſtq̄
peccatorū turpitudinē cognoſcimus, & dei bonitatem, & deiectionē noſtrā pro/
pter peccata noſtra. Deteſtemur ergo peccata humana cōtritione, vt poſſumus,
& ſperemus in Dn̄o quod ipſe infundet nobis ſpiritum pœnitentiæ: Diſponit
enim deus oīa ſuauiter. Laboremus ergo ne poſſit dici in nos illud Stephani act.
7. Vos ſemper reſtitiſtis ſpiritui ſancto, pulſanti oſtium cordis noſtri dextera ſan
cti auxili ſui Apoc. 3. Ipſe. n. per ſuam miſericordiam pulſat, ſed cōtra voluntatē
noſtram non ingreditur. Reſpondeamus ergo Dn̄o inhianti, nedum vocanti ad
dulces pœnitentiæ fructus: Quos noſtra arbor ſterilis facta pinguis oculo dn̄i,
dabit ſuper terram. An neſcis, quod deus odio habens peccata tua, & mortem
tuam, vitam tuam deſiderans, te vocat ad pœnitentiam, vt a mortuis exurgas;
Ideo dicit Auguſt. in Pſal. 24. Ideo rectus eſt Dn̄s, qui poſt miſericordiam voca
tionis & veniæ, quę habet gratiam ſine meritis, digna vltimo iudicio merita re/
quiret. Sed multos adinuenio mihi dicentes: Si deus ſcit interitū animæ meæ,
& æternam damnationem eius: quid mihi proderunt orationes ſanctorum, & ita
iniquitatem eorum Dei præſcientiæ aſtipulantur & aſcribunt. Quid inſanis o
impie. Fingamus, ad conuincendam tuam impietatem, quod Deus in æternita/
te nō præuideat oīa ſimul, ſed videat quādo ſūt vti Angeli p̄ innatas ſpecies quæ
indiuidua exiſtentia repræſentant. Ecce tunc Deus, non videt ea quæ tibi futu
ra ſunt, ſed ſtatim quod res eſt deo nota eſt: Ecce tu peccas: Deus videt pecca/
tum tuum: videt te per horam reſiſtētem tentationi. Ecce in fine, factus es incon/
tinens: videt iſtud Dominus. An propter hoc, quod videt, inuite nō libere, factus
es iniquus. Si ergo nō tollit iſtud: Cur videre oia in ęternitate qd' deo p̄priū eſt,
libertatē tuam tollit. Libere ergo cōmittis peccata tua, ſed tu dicis nō curo de iſta
libertate: in ſe, ita erit vt p̄uiſum eſt. Iam dixi tibi antea ex auctoritate Aug. qd'
deus nō facit voluntatē tuam malā, ſed præuidit voluntatē tuā, quę dū mala eli/
git ea eligit, quæ deus vult eam nō eligere, & vult tibi eam libertatē conſeruare,

quam tu vis, præter ordinẽ diuinæ ſapiẽtiæ, cõſeruare. Velles.n.ſi poſſes operari & ꝙ peccata tua non eſſent præuiſa a deo. Sed dices: volo vt videat, quãdo fa/cio: ſed nolo vt præuideat. Vis ergo deũ nõ eſſe deum. Videns ergo Deus oĩa ſimul, non facit iniquitates tuas, neq; peccata tua, quæ ipſe odit. An neſcis qđ prę deſtinatio eſt earũ rerum, quas ipſe deus facit. Præſcientia aũt, eſt de oĩbus, etiam de peccatis quæ voluntas facit humana. Si vis ergo ingredi vitam æternam: ſer ua mandata. Mãdata aũt omnia, & oẽs virtutes morales, circũſcribunt amorem Dei, vt notat Aug. de moribus Eccleſiæ Catholicæ, lib.1. Ex dilectione.n. Dei & proximi, pẽdent lex & Prophetæ, ſed verbo, deus nõ diligit᷑. Qui.n. diligit me, facit voluntatẽ patris mei. Si.n. non diligimus, vti Adam pr̃ noſter: laboramus in Agro, ſed Ager tribulos parit & ſpinas: ſed ſi Deũ diligimus: Deus erit in no ra, & terra noſtra dabit fructus ſuos, & de ventre illius exibunt flumina aquæ vi/uæ. Oremus ad Dominũ, ſed qũo orandũ ſit: diſce ab Aug. lib. de magiſtro cap. pri. Neſcire te arbitror, nõ ob aliud nobis pręceptum eſſe, vt in clauſis cubiculis oremus: quo noĩe ſignificant᷑ mentis penetralia, niſi qđ deus vt nobis, qđ cupimus, præſtet, cõmoneri, aut doceri, nr̃a locutione non quærit. Qui.n. loquit᷑, ſuæ voluntatis ſignũ foras dat per articulatũ ſonũ. Deus aũt in ipſis rationalis animi ſecretis, qui homo interior vocat᷑, & quærendus, & depræcandus eſt. Hæc.n. ſua templa eſſe voluit. An apud Apoſtolũ nõ legiſti. Neſcitis quia tẽpla dei eſtis, & Spũs dei habitat in vobis: & in interiori hoĩe habitare Xp̃m, nec in propheta ani/maduertiſti. Dicite in cordibus vr̃is: in cubilibus veſtris cõpungimini. Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in dñm. Vbi putas ſacrificiũ iuſtitiæ ſacrificari niſi in templo mentis, & in cubilibus cordis. Vbi aũt ſacrificandũ eſt, ibi & orandum. Quare nõ opus eſt locutione, cum oramus.i. ſonantibus verbis, niſi forte ſicut ſa cerdotes faciunt, ſignificandæ ſuæ mentis cã, nõ vt deus, ſed vt hoĩes audiant, & cõſenſione quadam, per cõmemorationẽ ſuſpendant᷑ in deũ: Hæc Aug. & infe/rius de dñica oratione idem fieri debere oſtẽdit. Intremus ergo in cubiculũ cor/dis nr̃i, remoti ab amore temporaliũ rerũ, & clamemus ad Dñm, & ipſe ſuſcipiet nos, qm̃ bonus eſt. Et ſicut Magdalena peccatrix acceſſit ad pedes dñi, & quia pe des lachrymis lauit: iuſtificata receſſit, & audiuit a dño: Quia dilexiſti multũ, remiſſa tibi ſunt peccata multa. Quia.n. tota humana natura perdita erat & vi/tiata: neceſſarium fuit, vt deus homo fieret, vt rõne humanæ naturæ pati poſſet: Ratione verbi paſſio eſſet infinita, & vt præcepta, quæ imponebat, ipſe obſerua ret, & vt pręmium quod promittebat, ipſe poſſet dare. Sunt aliæ multæ perſua ſiones, abditi illius & occulti myſterii apud Lactañ. Firmianum, & Anſelmum. Sed vide Auguſt.11. de Ciuitate Dei, & .13. de Trinit. Factus fuit ergo Deus ho/mo, vt in ſimilitudine carnis peccati pateretur pro carne peccati: vt vetus ho/mo noſter crucifigeretur in ſimilitudine mortis eius, & nos reſurgeremus in no uitate Spiritus. Sed vt fructus tanti precii participetur a nobis: oportet vt ho/mo tollat crucem ſuã, & ſequatur Chriſtũ. Sed audi quæ ſit Crux hominis. Au di in quã Auguſt. in.4. de Trinitate, cap.3. vbi dicit: Scientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt cum Chriſto, vt euacuetur corpus peccari, vt vltra nõ ſeruiamus peccato. Crucifixio quippe interioris hominis, pœnitẽtiæ dolores in/telligũtur, & incontinentiæ quidam ſalubris cruciatus: per quam mortem, mors

impietatis

impietatis perimitur, in qua vos nõ dereliquit deus: & ideo per talẽ crucẽ euacuatur corpus peccati, vt iam nõ exhibeamus membra noſtra arma iniquitatis peccato: Hæc Aug. Vbi vides quod crux illa ad quam tollendã monet nos dñs, pœnitentia eſt, quæ nihil aliud eſt q̃ renaſcentia animi, vt dicit Aug. Sic.n. crucifigit᷑ vetus homo noſter: ſic corpus peccati dirimitur: ſic pœnitentes in nouitate Spiritus cum Chriſto reſurgimus: vt inſiti ſimilitudine mortis eius, vere morti Chriſti, vitam verã habeamus in Chriſto. Quem.n. pœnitet peccatoꝝ ſuorũ, dignum miſericordia iudicat Dñs. Oportet aũt, vt pœnitentes pœniteant magno gemitu, dicit Auguſt. in l. 80. quæſt. q. 78. Illi.n. ſic pœnitentes digni ſunt miſericordia, ad quã vocantur omnes qui accedunt ad cœnã: ſed nõ omnes qui vocati fuerunt, voluerunt accedere. Qui igit᷑ veniunt, gratias Deo agant, quia vocati venerunt. Qui aũt non venerunt, ſibi tribuant, quoniã vt veniret vocati fuerunt. Vocati autẽ erant in libera voluntate. Accedamus ergo ad Chriſtũ. Sed quomodo debemus accedere: audi Proph. Pſalm. 33. Accedite ad eum, vt illuminamini, & Auguſt. dicit ibi. Accedamus ad eũ, vt illuminemur, nõ quomodo ad eum acceſſerunt Iudei, vt tenebrarentur: Acceſſerunt.n. illi ad illum vt crucifigerent. Nos ad eum accedamus, vt corpus & ſanguinẽ eius accipiamus. Illi de Crucifixo tenebrati ſunt: nos manducando crucifixũ & bibendo illuminamur. Accedite ad eũ, & illuminamini. Ecce ad gentes dicit᷑: Crucifixus Chriſtus inter Iudeos erat. Sæuientes, & videntes: gentes abſentes erãt. Ecce illi acceſſerũt qui in tenebris erãt: quomodo viderunt illuminati ſunt. Vnde accedunt gentes, fidẽ ſectando: corde inhiando: charitate currendo. Pedes tui, charitas tua eſt. Duos pedes habeto, noli eſſe claudus. Qui ſunt duo pedes. Duo p̃cepta: dilectiõis, Dei, & proximi. Iſtis pedibus curre ad Deum, accedis ad illum, quia & vt curreres, ipſe exhortatus eſt, & ipſe ſuum lumen aſperſit. Sic vt magnifice & diuine ſequi poſſitis: Hæc Auguſt. qui inſimul libertatem prædicat, & pœnitẽtiã. Animaduerte tamẽ, ne adeo ſera ſit, vt in fructuoſa ſit, vt notat Auguſt. ſuper Pſal. 48. Sit eo tẽpore, quo malum a bono potes iudicare, qñ filii lugentes humano affectu te morientẽ nõ reuocant a Deo tuo. Pœnitentia.n. (ſi pœnitentia eſt) ſemp fructuoſa eſt, ſed nõ ſemper eodẽ modo facilis & difficilis, licet virtus erga difficile, ex ſui natura, verſet᷑. Tollat ergo omnis homo crucem ſuã: ſed crux noſtra pœnitentia noſtra eſt, de qua dicit Auguſt. Pſal. 17. q. dolor medicinalis eſt. Pœnitentia vero poſt mortem, dolor pœnalis eſt. Non vis illas pati ſpinas: hic compungere ſpinis pœnitentiæ, vt facias quod dictũ eſt. Cõuerſus ſum in erũna mea, dum configit᷑ ſpina. Peccatum meum cognoui, & iniquitatẽ meã nõ operui. Dixi, pronunciabo aduerſus me, delictum meum Domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Modo fac, modo cõpungere, ne in te fiat quod dictum eſt de quibuſdam deteſtabilibus: Diſciſi ſunt, nec compuncti ſunt. Attendite, qui diſciſi ſunt, nec compuncti ſunt. Videtis diſciſos, & non videtis compunctos. Ecce præter eccleſiam ſunt, & non eos pœnitet, vt redeant, vnde diſciſi ſunt. Producet poſtea ſpinas eorum rhamnus. Nolunt modo habere compunctionem medicinalẽ: habebũt poſtea pœnalem: Hæc Auguſt. Tunc in hæreticos, quæ ego in peſſimos Luteranos obiicio. Ecce in primo libro prædeſtinationis altitudinẽ, & electionis, immẽſam profunditatem, balbutientes aperuimus, eam in ſilentio venerãtes. Non.n. intel-

ligere valeo, quod ſuper intellectum eſt: & ſuper intelligibile: in .2. libro. I. Mõſtraſſe credimus, quomodo ſacra eloquia, & doctores ſacri, ponunt liberũ humanæ voluntatis arbitrium, & q̃ quilibet adultus, volens cum gratia Dei, põt vitam habere æternam: Et q̃ homo ex libertate voluntatis, ſine gratia, cum ſpeciali tamen auxilio Dei (quod infidelibus & peccatoribus cõcedit) põt quædam opera moraliter bona facere. Hæc vera ſunt, & non debemus quotidie Dominũ ad iudicium vocare. Auertit enim nos Paul. ab hac vetita & temeraria inquiſitione conſiliorũ & iudiciorũ Dei, obiectu infinitæ amplitudinis Dei, & noſtræ prope nihil inanitatis: Audi cui Paul. Deum comparat, vel potius quem Deo comparat. Dicit enim Deum eſſe noſtrum figulum; nos autem eius figmenta. Nos enĩ formauit ex nihilo: & cum bonos nos fecerit, propria iniquitas malos fecit & perditos: Ideo merito poteſtatem habet, vt pro ſuo arbitrio fingat, & regat, ſaluet, & dãnet: & omne bonum ex Deo habemus ex quo ſumus, poſſumus, & agimus. Non ergo fas eſt dicere Deo: Cur ſic finxiſti nos: cur ſic alios. An ignoras q̃ imperſcrutabilia ſunt iudicia Domini, & viæ eius inueſtigabiles. Ius igitur Deo eſt, de nobis facere quicquid vult in nobis, neq̃ dolendi de iuſto Dei iudicio, neq̃ petendi eius miſericordiam, aliquod ius eſt: ſed quos ſaluat: gratia ſaluat, non merito humano miſericordia, non debito niſi operibus meritoriis; quibus ſecundum iuſtitiam merces reſpondet: Illa autem non ſine gratia ſunt. Quos dãnat, iuſto iudicio dãnat. O profundam bonitatem, & ſapiẽtiã Dei: quæ tam mirifice omnia ad optimum finem dirigit, etiã vbi nos nihil præter perditionem videmus. Si itaq̃ imperſcrutabilis eſt ratio iudiciorũ Dei: ſufficiat nobis dicere cum patientiſſimo illo Iob; q̃ iudicium Dei de omnibus iuſtiſſimũ eſt, & optimũ: Ratio tamẽ iudicii inueſtigabilis eſt à mundo: quæ neq̃ etiam attingitũ a ſublimitatibus Angelorum. In Chriſto ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ. Quilibet autem homo, qualibet præſtãtia polleat. Dicat cum propheta Ego ſtultus ſum, & nihil intelligo. Quis.n. nouit mentem Dñi? dicit Apoſt. Quis ergo iudicia & conſilia mentis eius perſcrutabitur? ſufficiat nobis exclamare: O ꝓfundam bonitatem Dei: quia ex illa pẽdet vita & dignitas humanę naturæ, nullo intuitu operum noſtrorũ: Quia in nobis nihil ex nobis eſt, quod ſit aliquo beneficio æterno dignum, ſed ſola miſericordia ſaluamur exhibita in Ieſu Chriſto. In ipſo enim Chriſto, elegit Deus & præfiniuit electos ſuos, per quem etiam eos vocat, iuſtificat, & glorificat. Ipſe enim cum eſſet ſine peccato: factus fuit Hoſtia pro peccato, & vere mortuus eſt, & vere reſurrexit. Vetus autem homo noſter Crucifigitur, & corpus peccati dirimitur in ſimilitudine mortis eius, & in nouitate ſpiritus cum Chriſto reſurgente reſurgimus. Nemo enim aſcendit ad cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, & ipſe eſt ille paſtor bonus, qui perditas prius demum inuentas oues, humero ſuo portat ad cœlos. Ipſe enim venit ſaluare quod perierat, qui poſtea venturus eſt iudex mortuorũ & viuorum. Tunc enim iudicabit omnes ſecundum opera noſtra. Vnde Auguſt. ſuper Pſal. 17. dicit. Itaq̃ non ſolum propter latitudinẽ fidei, quæ per dilectionem operatũ, ſed & pp lõgitudinem perſeuerantiæ retribuet mihi Dñs ſcdm iuſtitiam meã: & forte veniẽt ad iudiciũ, ea quæ ſequuntur in mundo bona & mala noſtra ſeminã, & hæretici cognoſcent ſcientiam boni & mali, vt notat Origenes ad Romañ. 2.

Quia

Quia fictor eſt, vaſa ad honorē pro ſua bona volūtate formauit, & finxit. Quia iudex eſt, voluit filios ſuos certare, vt poſſint accipere a iuſto iudice coronā iuſtitiæ. Hæc digito Spūs ſancti in ſacris eloquiis ſcripta reperio: neq; præſumat aliquis modū loquendi Dei & Chriſti, ſua temeritate corrigere. Quis amantior Chriſto eſt? qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, & excuſans, orauit ꝓ crucifixoribus ſuis? Quis veritate veridior? & ipſa dei ſapientia cautior? Si Deus dixit per ſcripturam ſanctā ſuam, q; Deus prædeſtinat, vocat, & eligit ante conſtitutionē mundi electos ſuos, anteq̄ boni facerent, & q; indurat aliquē, excæcat aliquē, in ſenſum reprobū tradit aliquē, & ſub incredulitate cōcludit, & q, aliquē vocari præcepit, quem tamē audire non vult. Si hæc dicit Dominus, cur erubeſcam confiteri verba Domini: vt hominibus cōplaceā? Si etiā dicit Dominus: Si quis voluerit meus eſſe diſcipulus: tollat crucē ſuam, & ſequatur me, & nolo mortem peccatoris, ſed vt ꝯuertatur & viuat. Cur & hæc timebo dicere & prædicare? Quilibet ergo Chriſtianus adultus volens, pōt cum Dei gratia ſaluari. Qui tamen ſaluatur, Dei miſericordiam cōmendet, quia dei miſericordia ſaluatᷣ. Qui dānatᷣ ꝯfiteatur iuſto Dei iudicio dānari, quia ſua iniquitate dānatur. Sed oportet, dicit Aug. in enarration. in pſal. 31. vt nemo ita gratiæ confidat, q; negligat operari: vt nemo ita confidat propriis operibus, vt donum gr̃æ nō requirat a domino, ſed propriis confidat operibus factis in gratia, coram iuſto iudice, qui libere adoptat, & ſecundū merita iudicat: ideo in gratia confidat. Si quid autem in his libris ignorantia, aut incuria diximus, quod a catholica veritate abhorreat: repudiamus & abiuramus, nos, noſtraq; omnia eccleſiæ, Romanoq; Pōtifici Dei Vicario, & ſuæ Eccleſię capiti ſuper terram, ſubmittimus & poſtramus.

¶ Completum Romę in Palatio Apoſtolico.
Sexto Calendas Octobris, Sub anno ſalutis
noſtræ. M. D. XLV.

Anno vero ætatis meæ. 44.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Liber de vera CHRISTI CARNE, ET VERO EIVS SANGVINE.



ILLVSTRI DOMINO MICHAELI AYERBA COMITI SIBARIS. IOANNES ANTONIVS PANTHVSA BENE AGERE.

QVIA, *cum apud tuam liberalitatem eſſem, ſæpius petieras, vt tanti ſacramenti veritatem aperirē. Feci (vt potui) vt cui tantum debeo moremgererē. Accipe igitur, Comes liberaliſſime ac inuictiſſime, munus: & ſi modicum, non exigui tamen ponderis, ſereno quo me ipſum ſoles vultu, ſuſcipere.*

LIBER DE VERA CHRISTI CARNE, ET VERO EIVS SANGVINE.

INTER omnia ſacramenta, quibus Chriſtus redemptor omnium ditauit & decorauit eccleſiam ſuã: excellentius, & nobilius eſt ſacramentũ Euchariſtiæ: quia nõ ſolum vitã ſumentibus præſtat, ſed ẽt continet veram Chriſti carnẽ, & verum Chriſti ſanguinẽ: & ita cõtinet originẽ & fontẽ oĩs grẽ, & omnis meriti, qđ eſt in humana natura: immo illum continet, qui caput eſt hoĩum & angelorũ, quorũ ſedes ipſe inſtaurat, & admirabile eſt hoc beneficiũ, quod in hoc ſacramento generi humano pſtitit. Admirabilis hæc Chriſtianorũ dignitas, quã tollere nobis, hęretici quidã moderni enitunť: ſed nõ patitur Deus ſpoliari eccleſiã ſuam dotibus, quas ipſe largiri dignatus eſt. Nos aũt breuiſſime hæc pertractabimus, quia latius in libro noſtro de cœna domini diximus. Nunc ſolũ, ſcđm ſacra eloquia ſacramenti, veritatem aperiemus, & hæreticorũ vires eneruabimus. Quia igiť res magni ponderis in eccleſia eſt, & dignitatis maximæ: breuiter & diligenter rem ipſam abſoluam. Quia multi hæretici moderni huius ſacramẽti veritatẽ pturbare cõtendunt, verba ſacræ ſcripturæ perperam exponẽtes: ideo ſũma cũ diligẽtia cõſyderanda res eſt, vt veritas Chriſtianæ religiõis in ſuo permaneat robore. Quæriť ergo, ſi corpus Chriſti eſt realiter pñs ſpeciebus panis. Partẽ negatiuã hæretici moderni, multis rõnibus, ſuadere conanť. Primo dicunt iſti, A Xpo, nihil abſq; vtilitate in lege gratiæ ordinatũ, exiſtimandũ eſt: ſed vt patet Io. 6. Caro nihil prodeſt: qũo ergo corpus Chriſti erit ibi, aut quã nobis afferet vtilitatẽ. Præterea verba hæc, de ſumenda carne Chriſti, non minorẽ nauſeã nobis generant, credentibus magis, quã fecerint iudeis nõ credentibus in principio naſcẽtis Eccleſię. Voluit aũt Iudeos, ab illa nauſea reuocare. Qũo ergo ſine ſcandalo pñt illa verba intelligi, vt ibi ſit vere caro, & vere ſanguis. Item oẽs ſenſus teſtanť eſſe ibi verũ panem, & oĩbus ſenſibus cõtradicit eſſe ibi carnem Dñi. Item ſi ordo inſtitutionis ſacramenti cõſyderet: facile erit oppoſitũ colligere: Accepit. n. panẽ & benedixit eum, deinde gratias egit, fregit, & dedit. Voluit ergo inſinuare Dñs, quod panis ille benedictus, verũ Chriſti corpus ſignificaret. Præterea dicunt iſti: Crediť ab Eccleſia Romana eſſe ibi corpus Chriſti pp verba Euangeliſtarũ referentiũ Chriſtũ in inſtitutione ſacramenti dixiſſe: Hoc eſt corpus meũ. Sed hoc verbũ eſt, in ſacra ſcriptura, pro ſignificat accipiť: ergo panis ibi ſignificatiuus eſt veri corporis & nõ verum corpus Chriſti. Minorẽ vero multipliciter probant. Primo inducũt illud Geneſis. 41. vbi ſic legiť. Septem boues pulchræ, & ſeptẽ ſpiceæ plenæ: ſeptem vbertatis anni ſunt. Septẽ boues tenues, quæ aſcenderũt poſt eas, & ſeptẽ ſpiceæ tenues vento vrente percuſſę: ſeptẽ anni ſunt venturæ famis. i. boues pingues: annos ſignificant vbertatis. Macilenti vero, annos famis ſignificant. Item Lucæ. 8. legitur. Semen eſt verbum Dei. i. ſignificat verbum Dei, & ſubdit quod aũt in ſpinas cecidit, hi ſunt qui audiunt & a ſolicitudinibus ſuffocanť, & nõ referunt fructum. Hi ergo ſunt. i. eos ſignificat, & ſubdit. Qđ autem in bonam terram, hi

ſunt.i.eos ſignificat,qui in corde bono & optimo fructum afferunt in patientia. Item legit Matthæi.13.Ager eſt mundus.i.ſignificat mundū.Bonū vero ſemen, hi ſunt filii Regni.i.ſignificat filios Regni.Zizania filii ſunt nequā.i.ſignificat filios malos.Inimicus qui ſeminauit, eſt Diabolus.i.ſignificat Diabolū. Meſſis ſiue cultura,eſt cōſumatio ſæculi.i.cōſumationē ſæculi ſignificat. Meſſores aūt: Angeli ſunt.i.Angelos ſignificant.Itē prima ad Corin.10.Petra aūt erat Xp̄s, & act.4.Hic lapis qui reprobatus eſt a vobis,factus eſt in caput anguli:& Ioā.prio. Ecce agnus Dei &.15.Ego ſum vitis.Hæc oīa per ſimilitudinē intelligere oportet,& eſt & ſunt pro ſignificat,& ſignificant.Præterea principaliter arguit Luc. 22.legitur: hoc facite in meam cōmemorationē.Non intendit ergo aliud,q̄ paſſionem Dn̄i ſignificare.Oportet ergo dare ibi panem ſignificatiuum,& qd nihil aliud intendat,q̄ ſignificatio paſſionis.Conuincit,dicunt iſti, ex verbis Apoſt. prio ad Corin.11.vbi dr.Quotieſcūq; manducabitis panē,& calicem bibetis:mortem Dn̄i annunciabitis.Ecce dicit panē,& non dicit corpus Chriſti,ſed eius mortem annunciari per panē,vt panis & vinum ſigna ſint paſſionis Dn̄i, & eius ſanguinis.Item Auguſt.in prologo.3.Pſal.ſic ſcribit.Cum nō laterent cogitatus Iudæ:Chriſtum eū ad cœnam vocauit,in qua figuram ſui corporis & ſanguinis diſcipulis cōmiſit & tradidit:hæc ibi.Quid aliud intelligitur per figuram ſui corporis,niſi panis ſui corporis ſignificatiuus:& ſuper Io.6.cap.declarans qd ſit Euchariſtiæ comeſtio:dicit,quod nil aliud eſt,niſi cum homo Deo inhæret, & ipſe a Deo nō deſerit:& infra ſubdit,quod nō debemus intelligere carnē ſecundum carnē:ergo nō debemus intelligere ex verbis Chriſti,ibi eſſe eius carnē,ne carnē ſecundū carnē exponamus.Itē Origenes Homel.35.exponēs verba hæc(hoc eſt corpus meū)ait panis,quē ſuum verbū eſſe fatet cibatoriū eſt verbū, & ſubdit. Accepit panē,& dedit diſcipulis,iuxta diſpōnem vniuſcuiuſq;:Ex quo patet, dicunt iſti,carnē nō dediſſe,quia cū vna ſit caro,nō diuerſimode daret. Per panem ergo datū,fides intelligit,quæ nō datur oibus ſecundū vnam menſurā. Et parū poſt,ſubdit:& accepit panē benedictionis.Item Hilarius in.9.Canone de Euchariſtia loquens:dicit arcanū cibi ſancti:& infra.Quī omnes qui nō credūt Chriſtū ſurrexiſſe:nō habent eſcā vitę:nam in fide reſurrectionis,accipit ſacr̄m cœleſtis panis.Per arcanū ēt cibi ſancti,intelligit cōtemplationē Chriſti,quā qui habet nō eſt ieiunus:ſed illa ablata,ieiuniū aduenit.Ex quibus apparet, dicunt hæretici,qū fides de reſurrectione Chriſti eſt eſca vitæ,& ideo ſubdit: & in fide reſurrectiōis accipere ſacr̄m cœleſtis panis.Item in canone.30.ſic inquit de Iuda.Ipſe ēt,nō bene cū Deo bibere potuit,q nō erat cū eo bibiturus in regno.Ex his arguit. Illud manducamus & bibimus,qd manducaturi & bibituri ſumus in patria: ibi aūt diuinitatem & humanitatē videbimus:ergo hæc credamus in terris,& in illo cōfidamus,& erit ſacr̄m cibi.Item Hieronymus ſuper Sophoniā.c.30. dicit.Etiā ſacerdotes,qui Euchariſtiæ miniſtrant aut ſeruiunt,& ſanguinem Dn̄i ſuo populo diſpenſant:impie agunt in lege Chriſti,arbitrātes Euchariſtiā poni,aut cōſiſtere in verbis ſacerdotis offerentis,& nō in vita,& ſolū eſſe opus orationibus dn̄icis,aut ſolēnibus,nō eſſe meritis ſacerdotum:hęc ibi.Vnde duo colligunt,& quod Calix debeat toti populo miniſtrari,& quod verba offerentis Euchariſtiam non faciunt,ſed vita:quæ aūt vita,poſſet verum Chriſti corpus facere pn̄s ſpēbus illis.

Pręterea

Præterea arguunt cõtra myſterium tanti ſacramenti, quod male ordinatum ſit de ſanguine & pane, quia ſanguis nõ eſt ſacramentaliter in Euchariſtia, niſi poſt cõſecrationẽ vini: quia ſicut nihil incipit eſſe ſimpliciter, quod ſimpliciter eſt: ita nihil incipit eſſe ſacramentaliter qđ ſacramentaliter erat. Sanguis igitur, qui incipit eſſe ſacramentaliter in ſpeciebus vini, aliter fruſtra fieret cõſecratio eius, non erat ante ſacramentaliter. Vini aũt conſecratio, ſequitur cõſecrationem panis: ergo in Chriſti corpore ſub ſpecie panis, non eſt ſanguis, & tamen illud habet in cœlo: ergo non præciſe corpus, quod eſt in cœlo, eſt in ſpecie panis. Item dicunt iſti, cum Chriſtus dixerit Ioã.6. Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit meum ſanguinem, non habebit vitam æternam: qui autem manducat, viuit in æternum. Multi audientes ex diſcipulis eius, dixerunt: Durus eſt hic ſermo: & quis poteſt eum audire? dixit Ieſus, ſpũs eſt qui viuificat. Caro nõ prodeſt quicquam: verba quæ ego loquutus ſum vobis, ſunt ſpiritus & vita, quaſi diceret ſecundum expoſitionem Auguſtini pſalmo.4. Intellexiſtis ſpiritualiter, ſpiritus & vita ſunt. Intellexiſtis carnaliter, & ſic ſpiritus & vita ſunt: ſed tibi non ſunt ſpiritus & vita, qui ſpiritualiter non intelligis. Spiritualiter intelligite quæ loquutus ſum, non hoc corpus qđ videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem, quem effuſuri ſunt: ſacramentum qđ vobis commendaui ſpiritualiter intellectum, viuificat vos. Caro autem non prodeſt quicquam. Ex his dicunt iſti: Nonne patet manifeſte, ꝙ verba Domini volentis ſatisfacere diſcipulis, prætendunt in manifeſto ſui ſermonis, quod ibi non erit vera caro Chriſti, ſed tantum ſignificatiue, & ſpiritualiter, nõ realiter. Item de tranſubſtantiatione arguitur, quam verbum fictum appellant a Papiſtis inuentum, quia ſecundũ illud, aliquid eſt per ſe terminus alicuius conuerſionis, ſecundũ quod ſuccedit termino a quo eſt illa conuerſio: corpus autem Chriſti, non ſuccedit pani ſecundũ eſſe ſubſtantiale, quod iam prehabebat, ſed ſecundum præſentiam, quam de nouo habet: ergo ſecũdum illam præſentiam, vel ſecundum quod eſt præſens, eſt cõuerſionis terminus. Vt ſic autem præſens, non dicit formaliter ſubſtantiam, vel ſubſtantiale aliquid: ergo conuerſio nõ erit trãſubſtantiatio, quæ eſt inter ſubſtantias ſecundum eſſe ſubſtantiæ. Vlterius dicunt iſti: Probatur quod iſte vſus celebrandi, & Chriſtum offerendi, nõ ſit alicuius vtilitatis, quia nouum teſtamentum, eſt æternum a parte poſt, iuxta illud: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, pſalmo.109. & 110. mandauit in æternum teſtamentum ſuum. Vlterius ſupponunt, qđ vnicus Chriſti ſanguis, omnia peccata aufert, aliter gratis Chriſtus fuiſſet mortuus, ad Galat.2. & ad Hebræos.9. Sine ſanguine non fit remiſſio, & ad Coloſſ.1. Omnia ſuo ſanguine cõciliauit: & Apoc.1. qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & fecit nos regnũ, & ſacerdotes Deo patri ſuo. Vlterius dicunt. Sanguis æterni filii Dei, ſemel oblatus eſt, ad Hebræos.9. Chriſtus autem aſſiſtens Pon. futurorũ bonorũ peramplius & perfectius tabernaculum nõ manu factũ, ideſt nõ huius creationis, neq; per ſanguinem Hircorũ, aut vitulorũ, ſed ꝓpriũ ſanguinẽ introiuit ſemel in ſancta æterna redẽptione inuẽta: Chriſti ergo ſanguis ſemel oblatus, æternaliter durat ad oĩa pctã redimenda. Non ergo põt, niſi ſemel, offerri, aut eius ſanguis effundi: qa nõ põt iterũ mori, neq; vt ſemetipm offerat quotidie, ſicut Põtifex itrat in ſctã p

ſingulos annos:conſumata eſt ergo oblatio,& ſemel mortuus eſt Chriſtus,& ſanguine eius nos lauit,ad quid ergo inſtituiſſet ſui oblationē quotidianā. Item ad Rom.6.Chriſtus reſurgens a mortuis,amplius nō moritur,quia mors illi vltra nō dominabitꝛ:ergo nō poteſt amplius offerri,quia amplius mori nō poteſt. Vlterius,vſus celebrandi miſſas,neq; eſt a Chriſto,neq; ex Apoſtolorū inſtitutiōe. Si enim ab illis fuiſſet hoc inſtitutum,potuiſſent dare formam ac modū miſſę:hoc autem factū ab eis nō reperitur: Vnde ſacerdotes deberent deſiſtere a tam horrēdo opprobrio,& amplius Chriſtianū populum nō decipere. Item ante Chriſti aduentum nullus erat potens facere aliquod ſacrificium,quod ſaluos nos faceret: ergo poſt Chriſti mortem,nullus cōuentus hominum, nullum cōcilium efficere potuerunt,vt Chriſtus iterum imolaretur. Item quādiu durat vnus ſūmus Sacerdos:nō debet alius ſubrogari:ſed Chriſtus in æternum durat: Tu es ſacerdos in æternum:igitꝛ nō debet alius ſubrogari,vt ordinet illa quæ Chriſtus nō ordinauit. Item poſtq̄ eſt inductus miſſarū vſus:facti ſunt Chriſtiani deteriores Turcis & Iudæis,qui tn̄ credunt per miſſas omnia eorū deleri peccata. Vlterius adorant panem oblatum,quē credunt ad ſalutem valere,& tn̄ pura creatura eſt, cum Chriſti ēt humanitas nō ſit adoranda,ſed Deus ſolus,quē nemo vidit vnq̄,Ioā.1. Item Auguſt.ſuper Ioā.qui nō manet in Xp̄o,& in quo Chriſtus non manet:ille haud dubie carnem eius nō manducat ſpiritualiter, neq; bibit eius ſanguinē, q̄uis carnaliter & viſibiliter ſacr̄m corporis & ſanguinis Chriſti dentibus conterat: verū multo magis manducat & bibit ſacr̄m tam excelſæ rei ſibi ad iudicium. Quid ergo intelligit Aug. ſacramentaliter manducare,niſi manducare ſignificatiue, & figuraliter:nam non dicit manducare carnē Chriſti,ſed manducat & bibit ſacr̄m tam excelſæ rei: & nō dixit,manducat & bibit tantam rem, & confirmatur per ea quæ dicit Aug.in lib.de cōcordia Euangeliſtarum,lib.3.cap.1.quod ideo, Ioan. nō fecit mētionem de corpore & ſanguine,qn̄ cœnam & lotionē deſcribit, quia iam alias in capite.6.de hoc tractauerat:ergo ſic debet intelligi hæc comeſtio corporis Chriſti,vt de illa Chriſtus loquitꝛ in.6.cap.Io.ſed illa manducatio & potus, nō eſt aliud,q̄ cōfidere in Chriſti morte:igitur in Euchariſtia nō eſt verum Chriſti corpus,ſed panis qui Chriſti inſtitutione,eius paſſionē ſignificat. Vltimo dicunt iſti:Fides eſt exiſtentium,& nō ideo res exiſtūt,quia ſic eſſe credimus:ergo fides, nō pōt panem,Chriſti carnem facere: igitꝛ non poteſt docere: nunq̄ etiam legimus: Amen amē dico vobis,quicūq; credit ſe in hoc pane comedere carnem meā corporaliter ſaluus erit. Item duæ eſſent viæ ad ſalutem. Vna per confidentiam in Chriſtū. Alia per q̄ credimus panem eſſe carnem. Hęc iſti,quorum dicta quātum veritati conueniant,ſpero me clariſſime oſtenſurum cum auxilio Chriſti, qui eſt Deus benedictus.

Quæ dicat Matthæus de hoc venerabili Sacramento.

QVOD vero in ſpeciebus panis ſit verum Chriſti corpus, & non ſignificatiue & figuraliter,vt aſſerunt hæretici:ex euāgelio Matthei colligitur,qui.26.capite ſic ſcribit. Cœnantibus autē eis,accepit Ieſus panem,& benedixit,ac fregit, deditq; diſcipulis eius,& ait: Ac-

cipite,

cipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. In his verbis, inſtituit dominus tanto ſacramento materiam accipiēdo panem, benedixit vero. Quæ autem benedictio fuerit, non exiſtimandum talem fuiſſe, quali hodie in mundo vtimur benedicentes: ſed verba benedictionis fuerunt, forma conſecrationis ſacramenti, quæ ſubdit dicens: Hoc eſt corpus meũ. Cuius ſignum eſt, qđ Eccleſia nulla alia benedictione vtitur ſuper panẽ, ſicuti fieri ſolet in aqua baptiſmatis, & materia cõfirmationis. Dixit accipite, ad inſinuandũ, qđ ſacramentũ, qđ debet in fide & charitate accipi, non eſt pueris accipere non potentibus, miniſtrandũ. Quicquid Aug. in hac re dixerit, illi in hoc nõ cõſentio. Angelorũ.n. eſca eſt ſapientiæ.16. Statuit aũt Eccleſia, vt hodie accipientes manibus nõ pertractarent, ꝓpter reuerentiam ſacramenti. Dixit comedite, tam.ſ. ſpiritualiter, q̃ ſacramẽtaliter, iuxta illud Io. 6. Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitam in vobis. Dixit hoc eſt corpus meum, apponens formam conſecrationis, de qua erit determinatum caput. Dicendum tamen pro nunc aliquid: Dicit ergo hoc, non hic, ideſt in hoc loco, ſed hoc quod eſt pronomen demõſtratiuum ſubſtantiæ: ſed difficultas eſt, quia vel demonſtrat panem, & tunc eſt propoſitio impropria & falſa, quia panis in recto, non eſt corpus Chriſti: aut demonſtrat accidentia, & ſimiliter eſt propoſitio falſa. Si vero dicatur, quod tale hoc, demonſtrat Chriſti corpus contra hoc, quia vel demonſtrat pro inſtanti in quo profertur, vel pro alio, ſi pro illo tunc non eſt corpus Chriſti. Si pro alio, vt pote pro inſtanti vltimo extrinſeco: idem eſt dicere, hoc eſt corpus meum, & corpus meum, eſt corpus meum: Hæc autem propoſitio ſemper eſſet vera, nulla facta conuerſione: & ad hanc difficultatem dicitur, quod demõſtrat ſubſtantiam ſine qualitate, ideſt non demonſtrando naturam certe ſpeciei: vt ſenſus veriſſimus, non metaphoricus iſte ſit hoc ideſt hæc ſubſtantia, eſt corpus meum. Quicquid ſit de hac opinione, & quomodo debeat intelligi: eorum ſectatores declarant in quar. ſententiarum. Tu vero, illi non contradicendo: animaduerte, quod in ſingularibus, attenditur ordo ſecundum ordinem vniuerſalium. Prius enim quodcunq; vniuerſale, poteſt intelligi deſcendere ad ſuum ſingularẽ, quã per aliquam differentiam contrahatur ad naturam ſpeciei conſtituendam: vt ſicut ens eſt prius ſubſtantia, ſubſtantia prior corpore, ita prius eſt hoc ens, quam hæc ſubſtantia: hæc ſubſtantia, prior q̃ hoc corpus. Hoc autem corpus, prius q̃ hoc animal. Dicendum ergo, quod tale hoc in propoſito, ſingulare entis demonſtrat, & non per ſe ſingulare alicuius inferioris ad ens, & modus interrogandi quo communiter vtimur, hunc modum intelligendi manifeſtat. Dum.n. quid ſit hoc quærimus, hoc ſupponimus. Inferiora vero, ad ens petimus. Adiectiuum.n. in neutro genere ſubſtantiuum, includit in ſe ſuum ſubſtantiuum, quod eſt aliquid, vel ens. Supponit ergo tale hoc, pro ſingulari entis, licet intelligatur pro aliquo inferiori ad ens, quod eſt in inſtanti vltimo, pro quo demõſtrat. Vnde ꝓpoſitio illa cõuerſiua eſt, & non vt vera, neq; vt falſa, ſed vt neutra & naturaliter prior ſua veritate, quia fundamentum natura, prius eſt ſua relatiõe. Veritas aũt accidẽtalis ꝓpoſitioni, licet nõ omni, quia poteſt in eſſe & nõ in eſſe: nam in vltĩmo inſtanti prolatiõis, extrinſeco tamen, quia prolatio, aut eſt

motus localis,aut non ſine motu locali,eſt cõceptus propoſitionis,vt neuter,naturaliter prior,ad quem ſequitur actio diuina,/quæ cauſat illud quod oratio deſignat.Quid ergo tale hoc demonſtret,quantum propoſito deſeruit,dictum puto.Nunc alia dictio conſyderanda eſt in textu poſita,ſcilicet,eſt: tale autem idẽtitatem ſignificat prædicati cum ſubiecto.Nõ.n.dicit apparet,aut ſignificat,ſed eſt,quod ſi circunſtantia ſcripturarum illuminat ſcripturas: certum eſt intellectũ horum verborum non eſſe ſimilitudinarium & metaphoricum,quia nulla dictio appoſita in verbis Matthęi,illud inſinuat,ſicut fieri ſolet,cum ſimilitudinarie loquuntur Euangeliſtæ,ſicut eſt illud Ioan. Ego ſum vitis vera,vbi ſubdit,& vos palmites.Quomodo autẽ diſcipuli erant palmites,ita Chriſtus erat vitis: & ſi panem volebat oſtendere,qui Chriſti corpus ſignificaret: cur fuiſſet vſus neutro genere.Quod ſi dicatur,vt iſti dicunt,qđ ſenſus ſit hoc.i.hæc res quæ eſt.i.ſignificat corpus Chriſti:dicant iſti,vbi veritatem nobiſcum faterent̃,ſicut eorũ patres confitebant̃.Quibus verbis,poſſent exprimere idẽtitatem ſuppoſiti cũ appoſito,melius q̃ per verbum ſubſtantiuũ.Præterea,omnia in figura contingebant Iudæis: Et eſus agni Paſchalis,ſacramentũ hoc figurabat,vt patebit in ſermone de figuris ſacramenti huius:ideo Chriſtus inſtituit hoc poſt eſum agni Paſchalis: quod ſi hic eſſet panis ſignificatiuus Chriſti corporis,& nõ verum corpus: figura figuræ ſuccederet: & ſi Chriſtus in inſtitutione aliorũ ſacramentorum,nunquã eſt parabolice loquutus: quomodo in tam magno ſacramento loquutus eſt parabolice & ſimilitudinarie.De conſecratione vero ſanguinis,ſubdit,& accipiens calicem gratias egit,& dedit illis,dicens: Bibite ex hoc omnes: Hic eſt enim ſanguis meus,noui teſtamenti,qui pro multis effundet̃ in remiſſionem peccatorũ.Creditur aũt in illo calice,fuiſſe aqua vino mixta: quia illud Sacramentum inſtituit,qđ rememoratiuum paſſionis Chriſti eſt,a cuius latere exiuit ſanguis & aqua Ioã.19.gratias egit,iuxta illud primæ ad Theſſal. Vltimo in omnibus gratias agite.Subdit vero verba,quæ ad formam cõſecrationis pertinent,dicens:Hic eſt.n.ſanguis: Vbi animaduerte,qđ in panis cõſecratione,dixit hoc,qđ cum corpore conuenit.In conſecratione vero vini,dixit hic,qđ ſanguinẽ demonſtrat,qui cũ eo in genere cõuenit,& textus Græcus,huic veritati conformis eſt.Quia.n.ſanguis gręce,eſt neutri generis: Vinum aũt maſculini: ideo pronomẽ,qđ eſt neutri generis,appoſuit: qđ cũ ſanguine,non cum vino conuenit:ſubdit vero noui teſtamenti,& in idem reddit,cum verbis Lu.22.Hic eſt Calix nouum teſtamentũ in ſanguine meo,qui pro vobis effundet̃.Sicut.n.vetus teſtamentum,vero ſanguine fuit confirmatũ:Exodi.24.ita nouũ teſtamentum Chriſti,ſanguine confirmat̃,vt docet Apoſt.Ad Hebræos.9.Ideo dicit nouum teſtamentum in ſanguine meo.ſ.confirmatũ:qui ſanguis,de proximo erat effundendus.Dicit vero,pro multis,quia licet pro omnibus ſit ſufficiens,non tñ omnes ſaluabunt̃.Quod aũt ibi ſit verus ſanguis: Chriſtus oñdit dicens: Qui pro multis effundetur in paſſione.ſ.dum dicit in remiſſionem peccatorũ.Differentiam inſinuat ſanguinis effuſi in lege veteri,& ſanguinis confirmantis nouũ teſtamentũ.Ille.n.auferre peccata nõ poterat. Impoſſibile eſt.n. ſanguine Taurorum,aut Hircorum,auferri peccata,ad Hebræos.10.Ex his Matthæi verbis apparet veritas Chriſtianæ religionis.

Quæ

Quæ dicant Marcus: Lucas: & Paulus, de hoc Sacramento.

NVNC dicenda ſunt, quæ alii Euangeliſtæ dixerunt, de hoc venerabili Sacramento. Mar. igit. 14. capite ſic ſcribit. Et manducãtibus illis, accepit Ieſus panem, & benedicens, fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc eſt corpus meum. Et accepto Calice, gratias agens, dedit eis & biberunt ex illo oẽs: & ait illis. Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui ꝑ multis effundetur. Lucas ẽt cap. 22. ſic ſcribit: Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis dicens: Hoc eſt corpus meũ, qđ pro vobis dat: hoc facite in meã cõmemorationem. Siłr & calicem, poſtq̄ cœnauit, dicens: Hic eſt Calix nouum teſtm̃ in ſanguine meo, qui pro vobis fundet. Ex his, licet euidenter colligere, qđ de illo corpore, dixit hoc eſt corpus meum: de quo ſubdit, quod pro vobis datur. Hoc aũt nõ eſt panis, ſed verum Chriſti corpus, qđ datur crucis morti, & iam inceptum erat dari, quia venditus erat: nõ erat ergo myſticum aut methaphoricum corpus. Dixit vero nouum teſtm̃ in ſanguine meo, quia non eſt ſacrificium ſicut ſacrificia legis veteris: eſtq; cauſalis cõſtructio, vt ſenſus iſte ſit. Eſt. n. Calix ex nouo teſtamento ſanguine Chriſti firmato, nouæ quidẽ & æternæ hæreditatis diſpoſitione Chriſti ſanguine in cruce firmata, ſacrificiũ hoc. ſ. emanauit. Vbi animaduerte, quod Chriſtus dedit diſcipulis auctoritatẽ ſuper eius verum corpus, in conficiendo, ſcilicet Sacramento iſto, & ſacrificio huiuſmodi offerendo. Dum enim dixit, hoc facite in meam cõmemorationem: Auctoritatem conficiendi diſcipulis dediſſe recte creditur. Et ſi quis de intellectu horum Euangeliſtarum dubitet: perſcrutetur verba Pauli prima ad Corinthios vndecimo dicentis. Ego. n. accepi a Domino qđ & tradidi vobis, quoniã Dominus Ieſus, in qua nocte tradebatur: accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit: Accipite, & manducate: Hoc eſt corpus meũ, quod pro vobis tradetur: Hoc facite in meã cõmemorationem. Similiter & Calicem, poſtq̄ cœnauit dicens: Hic calix, nouũ teſtamentũ eſt in meo ſanguine: hoc facite quotieſcunq; biberitis in meã cõmemorationem. Quotienſcũq; manducabitis panem, & Calicem bibetis: mortẽ Domini annunciabitis, donec veniat. Ecce teſtimonium Pauli, ex quo apparet manifeſte eſſe corpus Chriſti præſens, quod fuit & in cruce. Dicit vero nouum teſtamentũ in meo ſanguine, vt diximus, quia in nouo teſtamento hæreditas æterna promittitur: ideo dicitur a Matthæo in remiſſionem peccatorum, per quam vita acquiritur æterna: & nouum quidem pactum, & noua hæc promiſſio eſt, iuxta illud Hieremiæ. 31. capite. Feriam domui Iſrael, & domui Iudæ fœdus nouum, non ſecundũ pactũ qđ pepigi cum patribus veſtris, vt educam eos de terra Egypti: ſed hoc erit pactũ qđ feriã cum domo Iſrael. Poſt dies illos, dicit Dñs: Dabo legem meam in viſceribus eorũ, & in corde eorum ſcribam eam, & ero eis in Deũ, & ipſi erunt mihi in populum. In veteri igitur lege, erat teſtamentũ ſanguine aliquo firmatum. Vñ Geneſis. 31. legitur, qđ poſtq̄ Laban, & Iacob, inierunt fœdus in Galaat, immolatis victimis, Iacob vocauit fratres, vt ederẽt panẽ: ſimiliter Exod. 24. ſcripſit Moyſes. Vniuerſos ſermones dñi, & ſurgẽs ædificauit altare ad radices montis: & infra. Aſſumẽs volumẽ fœderis, legit audiẽte po/

pulo, qui dixerunt: Oĩa quæ loquutus eſt dñs faciemus, & erimus obediẽtes: Ille
vero ſumptũ ſanguinẽ reſperſit in populũ dicens. Hic eſt ſanguis fœderis, qđ
pepigit Dñs vobiſcum, ſup̱ cunctis ſermonibus his. Si ergo teſtm̃ ſanguine fir/
mat̃ ad Hebræos. 9. Quanto teſtm̃ nouum & æternũ, eſt veteri teſtamento di/
gnius, tanto nobiliori ſanguine fuit firmandũ. Non. n. legem nouã accepimus in
diſpõnibus Angelorũ, ſed per filiũ Dei, iuxta ſermonem Apoſt. ad Hebræos. 1.
Multifariam, multiſq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouiſſi/
me diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio, quem cõſtituit hæredẽ vniuerſorũ p
quem fecit, & ſingula, qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, por/
tanſq; oĩa verbo virtutis ſuę, purgationem peccatorũ faciens, ſedet ad dexterã
maieſtatis. Si ergo teſtm̃ dignius digniori, ſanguine firmandum erat: Sanguine
quidẽ, quia teſtm̃ quod ſine ſanguine, eſt inualidũ. Quãdiu. n. durat teſtator, te
ſtamẽtũ eſt inualidũ, digniori vero, quia dignius. Si ergo Melchiſedech, vt legit̃
ad Hebræos. 7. ſacerdos Dei ſummi obuiauit Abrahæ, & benedixit ei, cui & deci
mas diuiſit Abraham, in cuius lumbis ſunt Decimati, & Leuitæ, qui decimas ſu/
mebant a fratribus Melchiſedech & ſacerdotiũ nouæ legis: dignius erit Leuiti
co: ergo & noua lex dignior: & vetus teſtm̃ erat figura noui: & illud vero ſangui
ne animalium cõfirmabatur: Rationabile fuit Chriſti ſanguine confirmari nouũ,
& æternum teſtm̃ in calice benedictionis, vt dicit Apoſtolus: aliter adhuc ambu
laremus in figuris, qđ repugnat æternæ diſpoſitioni nouæ legis. Vnde patet, qđ
in calice erat proprius Chriſti ſanguis: quo cõfirmabatur nouum & æternũ teſtm̃.
Qđ aũt hęc ſit Pauli intentio: audite quã pœnã imponit indigne ſumentibus di/
cens: Quicũq; manducauerit panẽ, & biberit calicẽ Dñi indigne: reus erit corpo
ris & ſanguinis Dñi. Non deberet̃ aũt tanta pœna indigne ſumenti, ſi tm̃ panẽ
figuratiuum Chriſti corporis acciperet: & tñ ex ſnĩa Pauli, qui indigne accipit,
reus erit corporis Dñi & ſanguinis. i. pœnas dabit ac ſi Chriſtum occidiſſet. Ve
re. n. corpus Dñi ſumit, & eius ſanguinẽ bibit: ideo qui indigne manducat & bi/
bit, iniuriam facit Chriſti corpori verbo vnito, in vnitate ſuppoſiti & exiſtẽtiæ.
Taceant ergo hęretici, & quæ dicimus venerent̃. Quod aũt dicunt aliqui, Pau/
li textum peruertentes, quod vtit̃ teſtamento, p̱ ſigno ſeu teſtimonio teſtamẽ
ti: nihil eſt. Senſus aũt ſecundũ eos hic eſt. Hic Calix nouũ teſtamentũ, hoc eſt
ſignum teſtamenti & literæ teſtimonialis, in meo eſt ſanguine, ita vt contentum
in calice ſit realiter diſtinctũ a Chriſti ſanguine: ſed horũ error, ex verbis Mat/
thæi & Marci cõuincitur, vbi dr̃: Hic eſt. n. ſanguis meus noui teſtamenti. ſ. cõfir
mator: nam ſicut pactũ antiquũ in monte Sinay, vitulorũ vero ſanguine fuit fir/
matum: ita nouum teſtm̃ vero ſanguine cõfirmatur quotidie. Veritas ẽt iſta col/
ligitur ex verbis Pauli prima ad Corint. 10. vbi ſic legit̃. Calix bñdictionis, cui
benedicimus. Nõne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt, & panis quem frãgimus,
nõne participatio corporis Domini eſt. Cõmunicationem ſanguinis appellat po
tationem Chriſti ſanguinis, non vini: p̄pter cuius accidentia dr̃ potatio. Simili/
ter panis manducatio, cõmunicatio eſt corporis Chriſti. Appellat aũt panem, p/
pter accidentia panis, quæ frangunt̃: Ecce quod oẽs iſti Euangeliſtæ & vas ele/
ctionis Paulus: vtunt̃ verbis, quæ nullus peruerteret, niſi qui primus in humanũ
genus ſæuit, nunc in eccleſiam ſæuiret: ſed ſpero iſtos, ſicut imitati ſunt Beren/

garium

garum in errore, imitaturos in emendatione: ſpecies ergo panis frangimus Xp̃i corpus participamus: illud inquã ex ore Domini, qđ fuit traditũ & in Cruce vulneratum, quod natum eſt de Virgine & nunc lucet in cœlis.

Quæ dicat Ioannes Euangeliſta de hoc Sacramento.

NVNC videndũ eſt, quid de hoc venerabili ſacramento tradiderit Io. qui recubuit ſuper ſinũ Dñi, & ex eius pectore bibit flumina ſecretorũ: & ex cuius verbis male intellectis, hæretici acceperunt occaſionem errandi. Io. ergo. 6. capite loquit̃ de hoc pane cœleſti, occaſione accepta ex verbis Iudeorũ, ſicut fecit capite. 4. cũ dedit doctrinã de aqua viua, occaſione accepta a petitione Samaritanæ. Iudæi ergo, facto miraculo, quinq; panum & duorũ piſcium Ieſum quærebant: quibus Ieſus dixit. Amen Amen dico vobis: quæritis me, nõ quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui perit, ſed qui permanet in vitam æternã: quem filius hoĩs dabit vobis. Hũc. n. pater ſignauit Deus: hæc ibi, quaſi dicat dominus. Nõ debetis me ſequi pp cibum corporis, quẽ faciliter ab aliis habere poteſtis: ſed cibum animæ, & ſpiritualem a me petere debetis. Operamini ergo cibum, qui permanet in vitam æternã. Permanere aũt in vitam æternam: opus eſt acceptari a Deo ad æternam hæreditatem. Per cibum aũt, qui perit: cibum corporis intelligit vitę mortali neceſſarium. Incepit ergo Dñs a pręcepto operandi ꝑpter cibum: qui animæ vitã præbet æternã, ſimulq; oſtendit panẽ illum a ſe petendũ: quia propriis viribus nõ eſt acquiſibilis, ſed filius hoĩs dabit vobis. Hunc enim. ſ. filium hoĩs, pater ſignauit Deus, iuxta verbũ Apoſt. ad Hebręos. 1. qui cũ ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius, quaſi dicat, quia ipſe eſt de ſinu patris, quem ex vtero pater genuit, & de cuius plenitudine oẽs accepimus, & gratiã pro gratia. Signauit ergo Deus filium hoĩs pro quanto, quẽ ex ſplendoribus ſanctorũ genuit, incarnari voluit, & ad ſe humanã naturã aſſumere, vt Deus, filiuſq; hoĩs, & homo filius Dei dicat̃. Iudæi aũt intelligentes operamini cibum, pp vitã æternam: intellexerunt eum Iudæos ad opera ſancta monere: Opus. n. Dei & ſanctum eſt qđ vitam præſtat æternã. Interrogauerunt eum, quid faciemus vt operemur opera Dei. i. quid eſt iſtud nr̃m opus, qđ ſit opus Dei, ad vitam nos ducens æternam. Rñdit aũt Ieſus. Hoc eſt opus Dei vt credatis in eum quẽ ille miſit. Xp̃s volens eos dirigere ad vitam æternã a primo opere incipit, quo Deo vnimur. Fides. n. eſt veluti ianua, quæ introducit in ſancta ſanctorũ. Sine fide. n. impoſſibile eſt Deo placere. Credere ergo, eſt factũ noſtrum, quia credere intellectus aſſenſus eſt, & non ſine voluntate, licet nõ ſit oĩno voluntarium, ſic quod ad libitũ poſſit homo credere: ideo eſt opus Dei, & inter dona ſpũs ſancti numerat̃: ideo Apoſtoli, & nunc Eccleſia, augmentũ fidei a Dño petunt, dicentes. Adauge nobis fidem. Primum ergo, qđ nr̃m ſit, factũ & Dei opus, eſt credere. Dei aũt nõ ſolum reuelantis, ſed fidei habitũ infundentis: dũ vero dixit in eum quem miſit, & trinitatis fidem, & incarnationis myſteriũ inſinuat. Iudæi ergo, occaſione accepta, dixerunt, qđ ergo facis ſignũ, vt videamus & credamus tibi. Signa petunt, quæ videãt, vt credant in eum. Videre. n. fructus eſt, qui ſolet ſequi in aĩo bñ diſpoſito:

quem tñ Deus vult in illum credere. Quid ergo operaris, qd.ſ. nobis ſit ſuffi/
ciens, vt credamus tibi?& incipiunt argumentari, quaſi dicentes: Tu te filiũ Dei
prædicas, qđ non intellexerunt Arriani:& ꝯſequẽter maiorẽ Moyſe te facis, qui
ſeruus Dei erat, & ſeruum Dei ſe nominabat. Tu aũt fateris te Meſſiam promiſ/
ſum in lege, & de quo ſcripturæ teſtimonium perhibent, in quo implendæ ſunt.
Oportet ergo vt maiora ſigna facias, quam fecerit Moyſes, ſed ille tanto tpe to
tum populũ Iſrael nutriit: Tu aũt panibus Hordeaceis paruam multitudinẽ in cõ/
paratione ad gentẽ Iſrael. Maiora ergo fecit Moyſes: quõ ergo maiorem Moy
ſe te credemus, de cuius pane ſcriptũ eſt. Panem de cœlo dedit eis mãducare. Nõ
enim erat panis de terra ortus: Chriſtus ergo, accepta occaſione loquendi de ſe:
incepit loqui de ſe ipſo, vt eſt panis vitæ. Dixit ergo, eis Ieſus. Amen amen dico
vobis, non Moyſes dedit vobis panẽ de cœlo: vbi animaduerte rñſionẽ Chriſti
ad dubitationẽ iudęorũ. Negat ergo primo Moyſem panẽ illũ de cœlo dediſ/
ſe, aut quia per panem de cœlo intelligit panem vere cœleſtẽ, quẽ negat potuiſ/
ſe dari a Moyſe, vt exponunt aliqui, vel quia negat Moyſem panem illum de
cœlo dediſſe, quem dixerunt patribus eorũ ꝯceſſum. Non.n. Moyſes, ſed pater
viuus Chriſti, dedit eum: ego aũt ſupple, dedi panes multiplicãdo Hordeaceos.
Iterum Moyſes nõ dedit panem cœleſtem qui vitã dat æternã: ſed pater meus,
dat vobis panẽ de cœlo verum. Panis.n. verus eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat
vitam mundo. Moyſes ergo nõ dedit, ego aũt dedi panẽ verum, qui ad vitã per/
ducit æternam: qđ non faciebat Manna, quæ tñ cõſeruabat vitam tẽporalem,
& ad tp̃s. Panis.n. verus dei eſt, qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. Vi/
tam dicit ſimplr, nõ vitam tẽporalem. Mundo dicit, non populo Iſrael tñ. Cum
ergo intellexerunt Iudæi, tot præclaras ꝯditiones panis cœleſtis. Dixerunt ad eũ
carnaliter petentes, vt amplius nõ eſurirent, ſicut & Samaritana dixerat: da mihi
hanc aquam, vt nõ ſitiam. Ieſus aũt incipiens loqui in perſona prima, qui in pſo
na tertia erat loquutus, dixit eis: Ego ſum panis vitæ. Si igit̃ panem illũ cœle/
ſtem vultis: ecce ego ſum ille panis. Qui venit ad me, nõ eſuriet: & qui credit in
me, non ſitiet. Credere per intellectũ eſt, motũ tñ a volũtate. Venire aũt per volũ/
tatem, vt vtraq; in formata potẽtia, fide ſcilicet, & charitate, anima perfecta Deo
vniat̃. Animaduerte hic ex Chryſoſtomo ſup iſtũ locum, quod Dñs voluit eos
in myſteriorũ notitiam introducere: & primo de ſe loquit̃ rõne Deitatis. Vnde
dixit: Ego ſum panis vitæ. Non.n. de eius corpore dictũ eſt, de quo dixit in fine.
Panis quẽ ego dabo, caro mea eſt, pro mũdi vita: Ex quibus patet intentio textus
ſecundũ auream expoſitionẽ Chryſoſtomi. Poſtea Ieſus rñdit: tacite obiectiõi.
Potuiſſent.n. Iudæi non intelligentes obiicere: Ad te venimus, & fameſcimus, &
ſitimus. Rñdit Ieſus: Sed dixi vobis quia veniſtis, & nõ crediſtis: ideo nõ conſe
quimini ſatietatem perfectam: & cũ dixerat, qđ ille eſt panis, & qđ veniẽtes, am/
plius non fameſcerent, neq; ſitirent, nunc quibus datũ eſt venire, & modũ venien
di inſinuat dicens: Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: de pane ergo illo,
comedent oẽs, quos pater dedit mihi: Dedit inquã per æternã prædeſtinationẽ,
& hi ad me venient per fidem & charitatẽ, & tales nõ eiiciã foras, ſed intus mane/
bunt in Regno patris mei. Pr̃ ergo eligit, & illi ad me veniunt. Venire aũt, actum
dicit libertatis, vt vtrũq; cõcurrere oñdat, ita qđ integre ſatisfactum eſt Iudæis,

Panem

Panem illum petentibus,quaſi diceret.Ego ſum panis,& nullum eiicio, qui ve/
nit ad me:ſed vt veniat opus eſt patris dono,& veſtra voluntate,& panem hunc
habebitis. Vlterius oſtendit ſe eſſe illum panē,qui de cœlo deſcendit,quod de
Deitate intelligitur. Verbum ergo deſcendit,nō locali motu,ſed humanam na/
turam ſibi ipoſtatice vniendo,& exinaniuit ſemetipſum,vt formam ſerui accipe/
ret: & ſubdit.Nō vt faciam voluntatē meam, ſed eius qui miſit me. Duas eſſe in
Chriſto voluntates,hic manifeſte apparet. Volūtatis aūt eius humanę nudæ,acce
ptæ ſecundū ſeipſam,nō eſt infallibiliter bonum velle,ſed vt plena,& cōfirmata
in gratia. Voluntatis aūt confirmationē,& cōformitatem inſinuat, dicēs:ſed vo
luntatem eius qui miſit me:hæc eſt aūt voluntas patris, qui miſit me.i.qui voluit
me incarnari.Sic aūt voluit pater,vt tota trinitas velit,cum eadē ſit volūtas triū
perſonarum,ſicut eſſentia eadē,& dum pr̄ miſit eum incarnari, reliquas perſonas
miſiſſe intelligas,licet ad vnam tm̄ fuerit facta vnio humanæ,naturæ quæ termi
natur ad incōmunicabilē exiſtentiam verbi. Volūtas ergo patris eſt,vt oīs qui vi
det filium,& credit in eum &c.Per uidere filium,nō viſionem beatificā intelligit,
quia talis viſio credere nō compatit̄,neq; loquit̄ de viſione corporali , vt aliqui
inepte exponunt.Nō.n.dixit,qui videt me,ſed qui videt filium : Intelligit̄ ergo
de ſpirituali viſione,quæ credendi rō eſt:ideo videre filium ad credere præponi
tur. Videmus igit̄ credendū eſſe in filium,vel pp miracula, vel ꝑpter internum
lumen fidei. Qui ergo videt,& credit,vitam habebit æternā,tanq̄ ſuæ fidei cha
ritate informatæ fructū,& reſuſcitabo eum ad gloriam animę & corporis. Cum
ergo Iudęi intellexiſſent,qđ ego ſum panis viuus,qui de cœlo deſcendit:mur/
murabant de illo dicentes:Nonne hic eſt Ieſus filius Ioſeph , cuius nos nouimus
patrem & matrem. Quo ergo dicit hic,qđ de cœlo deſcendit:quibus Ieſus di/
xit:Nolite murmurare inuicem,quia nemo pōt venire ad me.i. mihi vniri p̄ fidē
& charitatē,niſi pater meus qui me miſit traxerit eum, hoc eſt illi reuelauerit me
eſſe filium Dei miſſum ad ſalutē mundi:ideo legit̄ Matth.16. Beatus es Simon
Bariona,quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi,ſed pater meus qui eſt in cœlis. Vn̄
Ioā.primo. Vnigenitus filius,qui eſt in ſinu pr̄is,ipſe enarrauit:nomē aūt tractus
non violentiæ aſcribas,ſicut a Philoſophis,inter violētos motus cōnumerari ſo
let,ſed intelligas inſpirationē,reuelationē,& præuenientē gratiam: Et ſi cōſyde/
raueris conuerſionē Pauli,tp̄e quo Chriſtum perſequebat̄ : nomen tractus non
abhorrebis,& ego ſuſcitabo eum:Addidit vero hoc,vt intelligas vnā eſſe potē
tiam,quę trahit & ſuſcitat:& erūt oēs dociles Dei.i.de omni genere hoīum erūt
docibiles per internam illuminationē:nam oīs qui a patre audiuit interna , ſcili/
cet illuminatione,& didicit: venit ad me credendo.ſ.& operando . Ne quis autē
exiſtimaret iſtos audientes a patre,patrem videre ſubdit,nō quia patrē vidit qſ/
quā,niſi is,qui eſt a Deo hic vidit patrem:qui ergo a Deo eſt,per ęternam gene
rationem,figura ſubſtantiæ,ipſe vidit naturaliter patrē,& ſubdit. Amē Amē di/
co vobis,qui credit in me, habet vitam æternā,quia ego ſum panis vitæ.i. vitam
conferens abſolute:& ponit differentiam inter Mannam,quæ eſt ros cœleſtis,&
panem quem ſeipſum verum de cœlo dixerat,qđ proportionaliter intelligas,
illi comedebant,& Māna illis non cōferebat nō mori,ſecundū corpus, ꝑpter qđ
cibus ille ſumebat̄ .Panis aūt iſte cœleſtis ad vitam animę ordinat̄ ,& facit vitam

ſuorū membrorū, qđ eſt Eccleſia in prædeſtinatis, & vocatis, & iuſtificatis, & glo/
rificatis, ſanctis, & fidelibus eius. Huius rei ſacramentum.i. vnitas corporis & ſan/
guinis Chriſti, alicubi quotidie, alicubi certis interuallis dierum, in dominica mē/
ſa præparatur, & de dominica menſa ſumit̄: quibuſdā ad vitam: quibuſdā ad exi
tum: hæc ille. Similiter in libro de Cōcordia Euangeliſtarū lib.3. cap.1. dicit qđ
ideo Io. nō fecit mētionem de corpore Chriſti & ſanguine, qñ cœnam & lotionē
deſcribit, quia iam antea in.6. capite, hoc tractauerat: Et quō Ioā. qui rimatus eſt,
difficillima legis, poterat hoc ſacr̄m ſilentio præterire, aut vbi loquit̄ de hoc, ſi
hic nō intendit de illo. Inducimus vero iſtos doctores cōtra iſtum expoſitorē, qa
Catholicus eſt: nec Boemorū fundamenta nos perturbāt: Neceſſitatem.n. huius
Sacramenti vidiſtis, aut in actu.ſ. aut in voto, aut proprio, aut Eccleſiæ. De cōica
tione vero, ſub vtraq; ſpecie: dico qđ qui corpus ſumit, eius ſanguinem ſumit:
nam corpus illud viuū eſt, & cum ſanguine, ſicut in cœlo: neq; in Calice eſt ſan/
guis extra venas, ſed vſus eſt textus verbo potandi: aut ꝓpter liquidā naturam
ſanguinis: aut potius ꝓpter accidentia vini fluentia: nō oportet ergo illa ſepara/
tim accipere, quia nō habetur hoc ex textu. Sacerdotes tñ vtuntur illo modo cō
municandi, vt repræſentent dominicā paſſionē, quo ad ſeparationē ſanguinis a
corpore: nam qui panem illū comedit: mortē Dñi annunciat. Explicatius tamen
ſi ſanguinis ſacr̄m ſeparatim ſumit, & hæc erat cōſuetudo in populis, in princi
pio naſcentis Eccleſiæ: Aucta tñ poſtea Chriſtianoꝝ multitudine, rōnabili cā, po
pulo denegat̄, pp ſcādala quæ de facili oriri poſſent, pp liquidam naturā accidē
tium vini: neq; denegatur populo via ſalutis, quia neq; ſacerdos plus accipit, q̄
quilibet de populo. Dicūt quidā Catholici, qui Tho. de vio expoſitionē ſequun
tur, ſi Xp̄s in iſto capite Io. de ſacr̄o Euchariſtiæ loquit̄, cum ipſe neceſſitatē ipo
nat comedendi carnē eius, & bibendi eius ſanguinē. Vnde diſpenſatū eſt ab eccle
ſia, vt populis ſub ſpecie panis tm̄ miniſtret̄, & vnde īfantibus ab eccleſia vtraq;
ſpecies denegat̄? Quis poteſt hæc facere, niſi qui potens eſt, inſtituere & mutare
ſacr̄m? Quō chriſto imponēte neceſſitatē mādacādi & bibendi audemus nos di
cere & prędicare populo. Manducate carnē Dñi, & ſalui eritis. Dicunt multi, ꝙ
illud fieri pōt, quia in corpore ſanguis eſt, nā corpus illud viuū eſt, & tale aſſumi
tur, quale in cœlo eſt: ſed Chriſtus, cum inſtituit ſacr̄m, de corpore ſuo viuo lo/
quebat̄, & corpus viuū dedit diſcipulis ad manducandū. Tale.n. dedit, quale ha/
buit, & tñ etiā dedit ſanguinē ad bibendū: neq; oportet incōuenientia inducere
quæ ſequant̄, quia nemo cautior Xp̄o eſt, qui ſacr̄m ſub vtraq; ſpecie inſtituit: &
adeo vrget iſta ſacr̄i neceſſitas, ꝙ Aug. repetito ſermone, exiſtimat, ꝙ Euchari/
ſtia ēt infantibus neceſſaria eſt, vt ipſe dicit de peccatorū meritis, & remiſſione.
l.1. cap.20. & 24. & ꝯtra duas epiſtolas Pelagianoꝝ ad Bonifatiū. l.4. cap.4. & alibi
millies. Sed ꝯtra illum, eſt argm̄ difficile, & euidentia manifeſta. Parcat mihi in
hoc Aug. cui tm̄ debeo. Chriſtus.n. regeneratis regnū cœlorū, & vitā æternā, ꝓ/
mittit, & ſacr̄m regenerationis inſtitutū eſt principalr̄, ad tollendū reatū origina
lis peccati, cui pœna eſt priuatio viſionis Dei. Vetus.n. homo noſter ſimul cruci/
fixus eſt, vt deſtruat̄ corpus peccati, inquit Apoſt. ad Ro.6. corpus peccati, dicit
Aug. Met. de baptiſmo paruulorū.i. oia crimina quę ſimul ſunt quaſi corpus &
cōgeries peccati. Gratia aūt Dei, q in ſimilitudine carnis peccati in cruce pepēdit,

per baptiſmū id agit̃, vt vetus homo crucifigat̃, & corpus peccati deſtruat̃. Ve-
tuſtas itaq; noſtra pœnæ & culpæ, quæ eſt ex maledicto primi hoīs, in cruce Xp̄i
deſtructa eſt, qui nr̄am mortalitatem ſuſcepit, & peccata nr̄a pertulit in corpe ſuo
ſup ligno, in quo pependit mors dn̄i, vt mortē moriēdo ſuperaret, & maledictū
geminæ vetuſtatis nr̄æ: factus maledictū pro nobis cōſumeret. Vetuſtas nr̄a, &
maledictio in culpa cōſiſtit & pœna Xp̄s alterū aſſumpſit pœnā.ſ. & ita geminā
noſtrā vetuſtatē, vnica ſua vetuſtate cōſumpſit. Vn̄ & vno die, & duabus nocti-
bus in ſepulchro quieuit. Quia vna vetuſtate, duas nr̄as vetuſtates & maledictio
nes ꝯſumpſit. Regeneratus igit̃, morit̃ in ſimilitudine mortis Xp̄i, & in nouitate
ſpūs ad verā vitā reſurgit. Hęc tu me docuiſti Aug. Theologorū Priceps. Quid
ergo prohibet vt puer regeneratus, vitā nō ingrediat̃ æternā? Vbi dei iuſtitia qui
puerū ſine peccato puniret? vt tu ꝯtra Pelag. obiicere ſoles. Opinio igit̃ Aug. vr̄
ſacr̄o regenerationis derogare. Xp̄s etiam, qn̄ dedit ſacr̄m corporis ſui dixit. Ac
cipite & manducate, volens denotare, ꝙ illud ſacr̄m, nō niſi potentibus accipe-
re miniſtrādū eſt: qd̃ forte volens aperire Pau. ad Cor. dixit. Probet ſeipſum hō,
& ita de pane illo edat, & de calice illo bibat: modo puer nō pōt ſeipſum ꝓbare.
Dedit ēt Dn̄s ſub ſpecie panis & vini, quæ eſca ſunt & cibus, ad inſinuandū, ꝙ nō
datur iſtud ſacr̄m niſi potentibus mādūcare, & deſiderare & interno affectu mo
ueri ad illud ſacr̄m. Neq; ꝓp hoc ꝙ dixit, Paul. probet ſeipſum hō incidas in er-
rorem in quē incidit Tho. de Vio, ꝙ nō ſit neceſſariū tunc confiteri peccata ſua
qn̄ vult aſſumere ſacr̄m. Error hic pernicioſus eſt, & in magno diſcrimine ponēs
ſacerdotē. Qui.n. in aliquo peccato eſt, iudiciū ſibi manducat & bibit, aſſumens
tm̄ ſacr̄m. Et licet ſola cōtritio aliqn̄ ſufficiens ſit delere peccata: quia tn̄ mēſu
ram contritionis ſuę neſcit homo, tenetur certiorē viā eligere. Diſplicentia.n. de
peccatis applicata ſacr̄o pœnitentiæ ex vi clauiū: ſufficit ad delenda peccata, ēt
ſi de ſe nō ſit ſufficiens. Ideo peccat hō, ſi hāc certā viā dimittens, ſoli ſuæ diſpli
centiæ ꝯfidit. Sed redeamus ad principale. Et dico ꝙ ſi ordinē inſtitutiōis, & vſū
ſacr̄i voluerimus altius intelligere: inueniemus eccleſiæ ꝯſuetudinē ex ipſo Xp̄o
traxiſſe originē. Xp̄s.n. inſtituit ſacr̄m, cū eſſet viuens, pridie q̃ pateret̃, & ita. 4.
feria. Sexta.n. paſſus eſt, ſicut & ſexta feria ab orbe cōdito peccauit Adā, ſecūdū
ſn̄iam Irenei, vt illa die in qua mortui fuimus per terrenū Adā, per cœleſtē viui
ficaremur: & in ſacr̄o, tale corpus dedit quale erat: paſſibile.ſ. & mortale in ſua
diſpōne naturali, & in ſignū futuræ paſſionis ſuæ, in qua ſanguis ſeparādus erat a
corpore: dedit diſcipulis corpus ſuū ad manducandū, & ſanguinē ſuū ad bibēdū.
Poſt reſurrectionē vero, cū apparuit duobus ex diſcipulis ſuis eūtibus in Emaus,
quorū oculi cordis clauſi erant: accepit panem, & fregit, & dedit eis ad manducā
dum. Panē inq̃ dedit ſui ſacratiſſimi corporis, vt qui primus cōmunicauerat di-
ſcipulis corpus ſuū paſſibile, in ſacr̄o: primus cōicaret corpus ſuū glorificatū &
impaſſibile. Et ſicut primus ſub vtraq; ſpecie dedit, ita primus dedit in ſpē tan-
tū panis, ad inſtruendā eccleſiā ſuā, vt in ſacerdotibus ſuper menſam Dn̄i ſeden
tibus, primū modū Chriſti imitaret̃, in perſona ambulantiū populorū.ſ. ſecundū
modū imitaret̃: Sed neq; ſacerdotes plus accipiunt, q̃ oportet, neq; laici minus.
Quód vero Xp̄s illis duobus dederit corpus ſuū in ſacr̄o, ad manducandū, & nō
panē vſualem: Aug. me docuit, de ꝯſenſu Euāgeliſtarū. l. 3. Ne Chriſtū (dicit) ſe

quiſq̃

quiſquã agnouiſſe arbitretur, ſi eius corporis particeps nõ eſt.i.eccleſiæ, cuius vni tatem in ſacramento panis cõmendat Apoſtol. Dicens. Vnus panis, vnũ corpus multi ſumus: vt cum eis benedictum panẽ porrigeret, aperirent̃ oculi eorum, & agnoſcerent eum. Sicut erat apparuit eis, quorũ oculi tenebant̃, ne agnoſcerent eum: non aũt incõgruenter accipimus hoc impedimentũ in oculis eorũ a Sathana factum fuiſſe ne agnoſceret̃ Ieſus, ſed tamẽ a Chriſto eſt facta permiſſio vſq; ad ſacramentũ panis, vt vnitate corporis eius participata remoueri intelligatur ipe/ dimentũ inimici: hęc Aug. & Ioã. Chryſo. ſuper Mat. Homel.17. eandẽ doctrinã tradit dicẽs. De ſanctificato ergo Pane licet animalibus iactare, & infidelibus da re, quia nõ ſanctificat accipientem. Si aũt tale eſſet, quod de manu ſacerdotis acci pitur, quale eſt quod in menſa manducatur: nemo de manu ſacerdotis acciperet. Vnde dñs in via, nõ ſolum benedixit panẽ, ſed de manu ſua dedit Cleophæ & ſo cio ſuo: & Paulus nauigans, non ſolum benedixit panem, ſed de manu ſua porre xit Lucæ, & cæteris diſcipulis ſuis. Quod aũt de manu porrigit̃, nec animalibus dandum, nec infidelibus porrigendum: quia non ſolum ſanctificatũ eſt, ſed etiã ſanctificatio eſt, & ſanctificat accipientẽ: Hæc Chryſoſt. Et hanc ſententiã ſequi/ tur Theophilactus Luc.24. & Beda innuit illam: & cõueniũt hæc verbis Dñi dicẽ tis. Dico vobis: Non bibam a modo ex iſta creatura vitis, vſq; in diẽ illum, quo vobiſcũ bibam nouũ in regno patris mei. Quæ Mat. recitat inſtitutiõe ſacramẽ/ ti. Et licet Chriſtus quotidie bibat in mẽbris ſuis: ipſe tamen Cleophæ tradidit corpus ſuũ: & ita in membro ipſe tunc primum manducauit, & bibit. Licet.n.po/ pulus, ſub ſpecie tantum panis, accipiat corpus Domini, in qua ſpecie nõ ſunt ac cidentia vini quæ fluant: manducat tamen carnem Dñi, & bibit eius ſanguinem: & ſacerdos nõ bibit ſanguinem extra venas Dñi. Nõ ſanguis eſt, qui fluit, ſed ac/ cidentia vini, inter quæ, & Chriſti corpus, nihil mediat, vt hæc ſit propoſitio ve ra. Hic ſunt accidentia vini: hic eſt verus Chriſti ſanguis, & verum chriſti corpus, & inter illa nihil mediat: ideo præcipue hoc ſacramentũ, via eſt ad ſalutem: Chri/ ſtus.n. eſt oſtiũ. Sed quis ingreditur per hoc oſtium ex illius conditionibus: con ſydera, vt notat Origenes ſuper epiſt. ad Rom. Per oſtium.n. virginitatis nõ in/ grediuntur adulteri, & fornicatores. Per oſtium manſuetudinis, nõ ingrediũtur iracundi. Per oſtium humilitatis, non ingrediuntur ſuperbi. Per viſcera miſericor dię, non ingrediuntur auari raptores, & fures. Per oſtium veritatis, nõ ingrediunt̃ mendaces. Per oſtium iuſtitię, nõ ingrediuntur iniuſti. Hoc ergo ſacramentũ, tibi hoc oſtium aperit, ſi eius conditiones tecũ attuleris: ſi nõ, eris cum.v. virginibus fatuis foras miſſus, quia ſine oleo & odore bonorũ operum es. Quæ vero dicta ſunt de ſacramento ſub vna ſpecie, populo adminiſtrando ſunt, conſonant ſa/ cris eloquiis, quæ exierunt ex ore domini, quando hoc admirabile ſacramentum inſtituit: nam Dominus ſacerdotium inſtituit, quo ad primã eius poteſtatem, quę eſt ſuper corpus Chriſti. Verum in vltima cœna Hieroſolymis celebrata, quãdo tipica oſtia, & legale ſacerdotium deſierunt: Poteſtatẽ verõ ſuper corpus chriſti myſticum dedit, poſt reſurrectionem, dans eis poteſtatem retinendi, & remittẽ/ di peccata in foro illo ſecretiſſimo, fidelibus manifeſto, hæreticis autẽ occulto, quãdo ergo in cœna ſacramẽtũ inſtituit, ſacerdotium initians, illis legem impo/ ſuit, non ſolũ accipiendi, ſed etiam celebrandi ſub vtraq; ſpecie: ideo ad vtrũq;,

ſacerdos vt ſacerdos tenetur. Dicit.n.dominus: Accipite,& manducate,& docẽs
eos formam,qua deberent vti,& veritatem ſacramẽti aperiens,dixit:hoc eſt cor
pus meum,qđ pro vobis tradetur: Hoc facite in meam cõmemorationem. Hæc
dñs.Dixit ergo facite,quia ſacerdotes inſtituebat,quid hic ad laicos,& ſic conſue
tudo ſacerdotum,a chriſti inſtitutione duxit originẽ. Populi vero obedientia,&
a Chriſto,& ab eccleſia poſita & mandata eſt: & ſi Martinus Lutherus hæc ani/
maduertiſſet ; a via patrum non receſſiſſet, in libro ſuo de ſacramento altaris.
Redeamus vero ad Ioã.Euangelium, quod nũc præ manibus habemus. Subiun/
xit ergo Ieſus vtilitatem prouenientem, manducantibus eius corpus,& eius ſan/
guinem bibentibus, dicens: Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſangui
nem, hẽbit vitam æternam. Ecce aię præmiũ, vitam promittit æternam. Quid ſit
autem vita æterna: habes Ioã.17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum ve
rum Dominum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum,& ego eum ſuſcitabo, ſcilicet
dotibus corporis inſignitum. Si ergo a viuo viuum eſt, & a corpore eius,& ſan/
guine, vita ſumentibus, promittit a Domino. Viuũ Chriſti corpus ibi eſſe non
dubites. Vlterius veritatem hanc explicat Ieſus dicens: Caro mea vere eſt cibus,
& ſanguis meus vere potus. Dicit vere: vt omnis methaphora, omnis ſimilitudi/
naria expoſitio, & figuralis tollať e medio. Figura.n.rei, nõ vere dicitᷣ res. Qui
ergo manducat meam carnem , & bibit meum ſanguinem, in me manet,& ego in
illo: ergo vitam habebit æternam: nam Io.14. legitur. Ego ſum via, veritas,& vi/
ta. Si ergo, ego in illo maneo. qui vita ſum æterna ; qui manducat meam carnẽ,
vitam habebit ęternam: & ſubdit doctrinam admirabilẽ dicens. Pater miſit me,
quod de incarnatione verbi itelligas, & ego viuo vita, ſcilicet ſpirituali ſuę huma
nę naturæ cõueníenti propter patrem effectiue & finaliter: & ſicut miſſio, & incar
natio, fecit cõſequenter eum vita ſpirituali viuere , & frui potioribus bonis,
ita qui manducat meam carnem, vt manducatio miſſioni reſpondeat, viuet pro/
pter me. A patre ergo viuente, vita deriuatur in filium. A filio viuente, vita deri/
uatur in eos, qui carnem eius manducant ex promiſſione infallibilis veritatis: &
cum multa dixerit Ieſus, nunc de ſe ipſo pane ratione diuinitatis , nunc rõne cor/
poris, ſubdit: Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit, vt vtrũq; ſimul complecteret/
tur. Deſcendit ergo de cœlo, quia diuinitatem a prẽ cõmunicatam habuit æter/
na generatione. Deſcendit de cœlo, quia verbum caro factũ eſt. De cœlo quoq;
deſcendit, quia corpus eius ſacratiſſimum fuit virtute ſpiritus ſancti conceptum
de puriſſimis ſanguinibus virginis. Qui ergo manducat hũc panem qui de cœ/
lo deſcendit, viuet in ęternum, quod non poterat . Manna merito ſui, corporibus
præſtare patrum veſtrorum, qui murmurabant de cibo illo, ſicut nunc vos murmu/
ratis dicentes : Quõ poteſt hic dare carnem ſuam ad manducandũ: quibus Do
minus reſpondit, & non ad cæcitatem & indurationem cordium eorum, vt mo/
derni hæretici exponunt: quia eadem verba, quæ hic dicit Iudęis, dixit diſcipu/
lis in cœna, quando fuit inſtitutum hoc venerabile ſacramẽtum. Iſti autem mur
murabant, quia alium modum comedendi carnes, præter eum qui fieri ſolet, de
reliquis animalibus ignorabant. Credebant ergo ſe diſtributurum in partes car/
nem ſuam in cibum, quod quia inhumanũ fuiſſet, dicebãt: durus eſt ille ſermo:
quibus Ieſus ait. Si ergo videritis filium hois aſcendentem vbi erat prius, tunc

ſupple cognoſcetis,non quod de cœlo deſcendi,vt iſti moderni exponunt:quia non intendit hoc docere. Sed dixit illud, vt intelligerent Iudæi, ꝙ non dabit ſuam carnem ad comedendũ eſu corporali, ſicut carnes aliorum animalium veſcimur. Cognoſcetis ergo tunc, qđ carnes iſtas vobis ad comedendũ nõ erogabo, quia corpus hoc ad cœlos aſcendet: ſed meã ſubſtantiam dabo præſentem realiter: in ſacramento tamẽ, ſub quo realiter accipit̃ corpus Dñi: illud inq̃, qđ habet in cœlo, & ad hoc declarãdũ, ſubdit: Caro nõ prodeſt quicquã, ſpiritus eſt, qui viuificat. Caro.n. Chriſti vt videt̃, & inquantũ humana Caro, nõ prodeſt quicquam: Caro tamen Chriſti, inquantum caro Chriſti, eſt caro & ſpiritus. Eſt enim in ea ſpiritus qui ſalutem operatur. Caro ergo Chriſti, in ſacramento dentibus nõ ſcinditur, neq; facta alteratione in nutriti ſubſtantiam cõuertitur, ſed manducatio ſpiritualis veræ ſubſtantiæ corporis Chriſti, qđ ſub illis ſpeciebus nõ frangitur. Cibat animã ſpiritualiter & ſacramentaliter manducantis: quia vel gratiam cõfert, vel iam habitam auget ad præmium. Vlterius ſubdit verba quæ ego loquutus ſum, ſunt ſpiritus & vita.i. qđ dixi de manducatiõe panis cœleſtis, q mea caro eſt ſecũdum ſenſum ſpiritualem, ſpiritus eſt, & vita animæ: quia ſicut corpus viuit ꝑpter aĩam, ita anima viuit ꝑpter ſpiritum: corpus ergo qđ eſt in ſacramento, & nõ modo ſenſibili, vitam operat̃ in vobis. Nec.n. eſt ĩpoſſibile aliquid eſſe corpus & ſpiritualiter manducari, vt credunt obiicientes hæretici. Non.n. qđ ſpiritualiter manducat̃, ſpiritus eſt. Cibatur igit̃ anima nr̃a Chriſti corpore glorioſo, qđ realiter accipit, ſpiritualiter & ſacramentaliter: & cur his verbis, verba mea ſunt ſpiritus & vita, nõ cõferunt tot alia verba ab aliis Euangeliſtis poſita, quæ huius ſacramenti veritatem prædicant: vt accipite, & manducate hoc eſt corpus meum: & hic eſt ſanguis meus, qui pro multis fundetur: & panis quem ego dabo caro mea eſt pro mundi vita: & niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem habet vitam æternam: & caro mea vere eſt cibus & ſanguis meus vere eſt potus, & alia multa quæ iſti hæretici peruertunt. Et dicant iſti: ſi caro non prodeſt quicquã, ita abſolute debet intelligi, vt iſti exponunt. Sequeretur quod caro Chriſti circũciſa, paſſa & mortua, nõ profuiſſet quicquã, cõtra illud Lucæ: Vltimo oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam: & prima Petri ſecundo: Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis, & infra: Qui peccata nr̃a ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: & Apocal. Primo in ſanguine ſuo lauit nos. Liuore.n. eius ſanati ſumus: & ſi carnis paſſio nõ profuiſſet gratis Chriſtus mortuus fuiſſet. Non enim abſolute intelligitur quod caro non prodeſt quicquam: ſed dicunt iſti, vera eſt ſententia dicens caro nõ prodeſt quicquã de manducatione.ſ. ſed quõ erit iſtud dicente Chriſto Ioã.6. Iudæis murmurantibus, ꝙ neceſſariũ erat ſuã carnem manducare, & eius ſanguinem bibere: quia caro ſua vere eſt cibus, & ſanguis ſuus. Vere eſt potus. Caro ergo Chriſti, vt paſſa prodeſt: vt manducata prodeſt: verum vt corporaliter manducata, non prodeſt. Caro ergo carnaliter manducata non prodeſt. Manducare ergo præcepit, & accipere verum Chriſti corpus ſub ſpeciebus panis, non tamen modo ſenſibili & carnali manducatione, ſed ſpirituali, quam iſti non intelligunt ſtare cum reali exiſtẽtia corporis Chriſti ſub modo ſacramentali. Neq; omnia hæc oportet exponere de

fide paſſionis Domini, quam toties docuerat Dominus: neq; oportebat celare veritatẽ Iudęis, quam Paulo ante docuerat, dicens: Opus dei eſt, vt credatis in eũ qui miſit me. Q d' ſi indurare poſtmodum voluit corda eorum: quomodo eiſdẽ verbis præciſe eſt vſus in nouiſſima cœna Hieroſolymis celebrata, cũ dilectis ſuis loqueretur. Ex his quę dicta ſunt, patet error modernorum Hæreticorum negantium Euchariſtiam eſſe ſacrificium: nam aliquid factum ad honorem ſo/li Deo debitum, & ad eum placandũ: cur ſacrificium non appelletur, non video. Præterea, illud qd' Deo exhibetur, vt ſpiritus hominis feratur in Deũ: ſacrificiũ dici poteſt, iuxta illud Prophetæ: Sacrificium Deo ſpiritus cõtribulatus. Euchariſtia aũt vtimur, vt ſpiritus noſter feratur in Deum. Præterea ſacrificia ordinant̃ ad tria. Primo, ad remiſſionem peccati, iuxta illud Pauli ad Hebręos.5. Oĩs nãq; Pontifex ex hoĩbus aſſumptus, pro hoĩbus cõſtituitur in his quæ ſunt ad Deũ, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis. Secũdo, ordinãt̃ ſacrificia, ad ꝯſeruationem gratiæ: ideo offerebat̃ Hoſtia pacifica Leuitici.3. Tertio ordinãtur: vt per/fecte anima Deo vniat̃, quod fit in gloria: Ideo in veteri lege offerebatur Holo/cauſtũ.i. totum incenſum. Cũ ergo in ſacramento cõtineatur Chriſti corpus: per illud remittunt̃ peccata, iuxta ſermonẽ Apoſtoli ad Hebręos.10. Habemus fiduciam per ſanguinẽ eius in introitu ſanctorũ, licet principalr̃ nõ ordinet̃ ad remiſſionẽ peccati; quia qui indigne ſumit, iudicium ſibi manducat & bibit: illud ta/men ſacr̃m nouæ legis, de ſe poteſt, & deuotę accidentis attritio fieret contritio, vbi confeſſio fortaſſe fieri non poſſet. Cõſeruat̃ etiam nos in gratia, vt patet per Chriſti promiſſionem dicentis: Qui manducat meam carnem, vitã habebit ęternam, quia manebit in Chriſto, & Chriſtus manebit in eo. Sacrificium quoq; dici/tur, quia eſt ſpeciale rememoratiuũ paſſionis Domini iuxta ſermonẽ Domini, Lucæ.22. Hoc facite in meã cõmemorationem, & Paulus ad Cor. Quotieſcunq; manducabitis panẽ hunc, mortem Dñi annunciabitis. Propter qd' baptiſmus, ita eſt ſacr̃m quod non põt dici ſacrificium. Dicit̃ ẽt hoc ſacramẽtum, Euchariſtia: quia illum continet, qui fons eſt & origo oĩs gratiæ, de cuius plenitudine oẽs ac/cepimus, Io. primo. Cõtinet.n. ſubſiſtentẽ nõ accidentalẽ grãm: ideo Euchariſtia dicit̃.i. bona gratia: & dicitur etiam viaticum, quia in via nos ſubſtentat per modum nutrimenti, & ad finem perducit: Nemo enim venit ad patrem, niſi per filiũ. Dicitur vero cõmunio, quia per hoc ſacramentũ vnimur inuicem & Chriſto, vt patet Ioã.6. Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem in me manet, & ego in eo. Solet ẽt aliis nominibus nominari, vt myſterium fidei & huiuſmodi, vt dicemus, cum de forma cõſecrationis erit habendus ſermo. ¶ Huſq; pro/batum eſt ex textu Euangeliſtarum & Pauli, qd' ſub ſpẽbus panis ſit verũ Chriſti corpus. Vt tamẽ, hæretici magis cõfundantur: animi autẽ Catholicorũ magis reficiant̃: Decreui inducere, quid ſuper hoc, præcipui doctores dixerint, præſer/tim cum doctoribus iſtis, velint aduerſarii eorũ hæreſim defendere, & tñ ſacr̃m impugnare. Damaſcenus igitur lib.4. cap.5. ait: Nunc interrogas qualiter panis ſit corpus Chriſti, & vinum & aqua ſanguis Chriſti. Dico tibi, & ego qd' ſpũs ſanctus ſuperuenit, & hæc facit, quę ſunt ſuper rationem & intelligentiam: & infra quem/admodũ in baptiſmate, quia cõſuetudo eſt hominibus aqua lauari, & oleo vngi. Coniugauit oleo, & aquæ gratiam, ſpiritus, & fecit illud lauacrum regeneratio/

nis.

nis. Ita quia conſuetudo eſt hominibus panẽ comedere, & vinum bibere, & aquã. Coniugauit eis Ieſus diuinitatem, & fecit ea corpus & ſanguinẽ eius: hæc iſte Doctor egregius. ¶ Diuus aũt Ambroſius. 4. de ſacramentis dicit: Sicut verus Dei filius eſt Dominus Ieſus Chriſtus, ita vera Chriſti caro eſt quam accepimus, & verus ſanguis eius eſt potus. Item in eodẽ libro ait. Iſte autem panis, ante verba ſacramentorũ, panis eſt vſitatus: vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti. Conſecratio aũt, quibus verbis eſt, & quibus ſermonibus, niſi Dñi Ieſu? Si.n. tanta vis eſt in eius ſermone, vt inciperent eſſe quæ nõ erant, quantomagis operatorius eſt, vt ſint quæ erant & in aliud cõmutentur. Si enim operatus eſt ſermo cœleſtis in aliis rebus, cur non operatur in cœleſtibus ſacramentis: ergo ex pane corpus fit Chriſti, & vinũ fit ſanguis cõſecratione verbi cœleſtis. Modũ requiris, accipe. Cõſuetudo eſt, vt non generet homo, niſi ex viro & muliere: ſed qa voluit Dominus, de ſpiritu ſanto & virgine natus eſt. ¶ Item Hylarius. 8. de Trinitate ait. De veritate igit carnis & ſanguinis Chriſti, nõ relictus eſt ambigendi locus. Nunc.n. ex ipſius dñi profeſſione & fide noſtra: vere caro eſt, & vere ſanguis eſt: Hoc ergo vitæ noſtræ cauſa, in nobis carnalibus manentem: per carnẽ Chriſtum habemus, victuris nobis per eum, ea conditione qua viuit ille per patrẽ, & 10. de Trinitate, dicit: ſe panem hic dicit: ac ne verbi virtus, atq; natura defeciſſe exiſtimaret: in carne panẽ carnem ſuã eſſe dixit: vt per hoc, qui deſcẽdens de cœlis, panis eſt non ex humana conceptione. Origo etiam corporis eius exiſtimaret, dum cœleſte etiam corpus oſtenditur. At vero, cũ panis eſt, abſumpti, p verbum corporis eſt profeſſio. ¶ Item Hieronymus in ſermone dominicæ poſt Epiph. ſic ſcribit. Singuli aũt accipiunt totũ, Chriſtum dominũ, & ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos minuitur, ſed in ſingulis ſe præbet. Item, idẽ ad Eluidum, nec Moyſes dedit nobis panem verũ, ſed dominus Ieſus ipſe cõuiua: & conuiuium ipſe comedens: & qui comeditur. ¶ Iterum Ambroſius in libro de ſacramentis. 4. inquit: Mirabile eſt, quod Deus Mannam plueri t patribus, & quotidiano cœli paſcebantur alimento: vnde dictũ: Panem Angelorũ manducauit homo, ſed tamẽ panem illum, qui manducauerunt omnes in deſerto mortui ſunt. Eſt autem eſca, quã accipitis: iſte panis viuus, qui de cœlo deſcendit: qui vitæ æternæ ſubſtantiã adminiſtrat: & quicunq; hunc panẽ manducauerit, nõ morietur in æternum, quia corpus eſt Chriſti. Conſydera nunc, vtrum præſtantior ſit panis Angelorum, an caro Chriſti: quæ vtiq; corpus eſt vitæ. Manna illud de cœlo. Hoc ſuper cœlum. Illud cœli. Hoc domini cœlorum. Illud corruptioni obnoxium, ſi in diem alterum ſeruaretur. Hoc alienum ab omni corruptiõe. Quicunq; religioſe guſtauerit, corruptionẽ ſentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi ſanguis ex Chriſto: illos ad horã ſatiauit aqua. Te ſanguis diluit in æternũ. Iudęus bibit & ſitit. Tu cũ biberis, ſitire nõ poteris. Illud in vmbra hoc in veritate. Et poſt pauca, ſequit. Potior eſt lux, q̃ vmbra: veritas, q̃ figura: corpus creatoris, q̃ mãna de cœlo: & infra, multis miraculis recitatis, dicit: Sed quid argumẽtis vtemur? ſuis vtamur exẽplis: incarnationis aſtruamus myſterii veritatẽ. Nunquid naturæ vſus præſenſit, cum Dominus Ieſus ex Maria naſceretur? Si ordinẽ quærimus, viro mixta fœmina, generare cõſueuerat. Liquet igitur, ꝙ præter naturæ ordinẽ, virgo generat, & q̄ cõfecimus corpus ex virgine eſt. Quid hic na/

turæ ordinẽ quæris in Chriſti corpore: Cũ pręter naturã ſit ipſe Dñs Ieſus partus ex virgine? vera vtiq; caro Chriſti eſt, quæ crucifixa eſt; quę ſepulta eſt: Vere ergo illius carnis ſacrm̃ eſt: Ipſe clamat Dñs Ieſus: Hoc eſt corpus meũ. Ante bñdictionẽ verborũ cœleſtiũ, alia ſpẽs noĩatur. Poſt cõſecrationẽ Xp̃i, corpus ſignificat. Ipſe dicit ſanguinẽ ſuum añ cõſecrationẽ. Aliud dr̃ poſt cõſecrationẽ: ſanguis nuncupat. Tu dicis Amẽ, hoc eſt, verũ eſt, quod os loquit, mens intenta fatetur, quod ſermo ſonat, affectus ſentiat. ¶ Item idem dicit, oĩa quæcũq; voluit Dñs, fecit in cœlo & in terra, & quia voluit, ſic factũ eſt: ita, licet figura panis & vini videantur: nihil tñ aliud, quã caro Chriſti & ſanguis poſt cõſecrationẽ credẽdum eſt. Vnde ipſa veritas ait ad diſcipulos: Hoc, inquit, caro mea eſt pro mundi vita, & mirabilius loquar non alia plane, q̃ quæ nata eſt de Maria, & paſſa in cruce & reſurrexit de ſepulchro: hæc inq̃ ipſa eſt, & ideo caro Chriſti eſt quæ p̄ mũdi vita adhuc hodie offert, & cum digne accipit vitam vtiq; æternã in nobis operatur. Panẽ quidẽ iſtũ, quẽ ſumimus in myſterio, illũ vtiq; intelligo panẽ q manu ſpũs ſancti formatus eſt in vtero virginis, & igne paſſionis decoctus in ara crucis. Ireneus doctor vetuſtiſſimus, Policarpi diſcipulus, qui fuit diſcipulus Ioã. Euangeliſtæ. Hanc veritatẽ prædicat & defendit. Audi inq̃ ipſum ↄtra hęreſes Valentini. l. 5. vbi dicit. Vani aũt oĩmodo, qui vniuerſam diſpõnẽ Dei cõtẽnunt, & carnis ſalutem negant, & regenerationẽ eius ſpernunt, dicẽtes nõ eam capacẽ eſſe incorruptibilitatis. Sic aũt ſecundũ hæc, videlicet nec Dñs ſanguine ſuo redemit nos, neq; calix Euchariſtię cõmunicatio ſanguinis eius, neq; panis quẽ frãgimus cõicatio corporis eius eſt: Hæc ille. Et infra, multoties repetit ſermonẽ de vera Chriſti carne, & vero eius ſanguine. Vñ dicit. Spũs. n. neq; oſſa, neq; carnes hẽt, ſed de ea diſpõne, quę eſt ſecundũ hoĩem, quæ ex carnibus & neruis & oſſibus cõſiſtit, quę de calice, qui eſt ſanguis eius, nutrit: & de pane qui eſt corpus eius, augetur. Hæc Iren. videamus mõ, quid Cyprianus dicat, quẽ adeo magnifacit Aug. Dicit Itaq; Cypr. in. p. l. ſuarũ epiſt. Vt quos excitamus & exhortamur ad præliũ, nõ inermes & nudos relinquamus, ſed protectione ſanguinis & corporis Chriſti muniamus, & cum ad hoc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipiẽtibus eſſe tutela, quos tutos eſſe cõtra aduerſarium volumus: munimẽto dñicæ ſaturitatis armemus: hæc Cypr. Et infra, Idoneus eſſe nõ põt ad martyriũ, qui ab eccleſia nõ armatur ad prælium: & mens deficit, quã nõ recepta Euchariſtia erigit & accendit. Eandẽ veritatem aperit in. l. ſuarũ epiſt. declarãdo verba Paul. ad Cor. Sed audi Cyp. in ſermone de cœna Dñi, vt innoteſcat tibi, q̃ impie dicant hęretici moderni, vbi trãſubſtantiationẽ dicunt cõfictam eſſe a Papiſtis. Audi, inq̃ Cyp. dicentẽ. Hoc ſacrm̃, aliqñ corpus ſuũ, aliqñ carnem & ſanguinem, aliqñ panem Chriſtus appellat portionem vitæ æternæ, cuius ſecundũ hæc viſibilia corporali cõmunicauit naturæ. Panis iſte cõis in carnẽ & ſanguinem mutatus, procurat vitã & incremẽtũ. Quid eſt ergo mutari panẽ in corpus chriſti, niſi tranſubſtantiari? Dicit ẽt Cypr. in fine eiuſdem ſermonis: Sed & nos ipſi corpus eius effecti, ſacro & re ſacramenti, capiti nr̃o connectimur & vnimur: & infra. Eundẽ cibum manducantes, & eundẽ potum bibentes, qui de petra ſpirituali profluit & emanat. Qui cibus, & potus eſt Dñs noſter Ieſus Chriſtus. Hæc Cypr. verba, cõſolantur oẽm animam fidelem. ¶ Itẽ Gregor. Nazianzenus, dictus benemerito Theologus, orõne ſua. 18. dicit

iſta

iſta verba. Ita igr̃ educatus:& eruditus, quẽadmodũ & nũc oporteret illos, qui & magnũ Chriſti corpus tractare debent. Aug. quid dicat, mox tibi aperiã, vt taceãt & erubeſcãt hæretici. Imprimis, vide ipſum in .l.9. ſuarũ cõfeſſionũ cap.12.&.13. vbi primo habes miſſam pro defunctis. Habes ẽt Euchariſtiã, vocari ſacrificiũ precii noſtri, qđ offertur in miſſa. Et ita habes miſſam, & orões, & eleemoſy/nas prodeſſe defunctis. Et hanc doctrinã repetit in.l. de cura agenda ꝓ mortuis, vbi habes pro eis ſuffragia nõ ſine aliquo ordine. Dicit.n. quæ cũ ita ſint, nõ exiſtimemus ad mortuos, pro quibus curã gerimus peruenire, niſi qđ pro eis ſiue altaris, ſiue orationũ, ſiue eleemoſynarũ ſacrificiis ſoléniter ſupplicamus, quãuis nõ pro quibus fiunt, oĩbus proſint. Sed his tñ quibus, dũ viuunt, cõparat̃, vt ꝓ/ſint: Hæc Aug. Verũ multos inuenio addentes ẽt & ieiuniũ. Ex his verbis Aug. patet, ꝙ detur purgandi locus poſt obitũ. Suffragia.n. non fiunt pro martyribus & beatis, neq; pro dãnatis in inferno: ergo pro his qui ſunt in purgatorio. Aui/maduerte tñ, ꝙ Aug. in tract. de.8. quęſt. ad Dulcitiũ, verba quædã dicit, quæ in/ducunt quidã, intelligẽtes, vt purgatoriũ poſſint in dubiũ reuocare. Nec erit inu/tile, hic parum digredi, vt mentem Aug. exponamus. Aug. itaq; exponens verba Apoſt.1. ad Cor.3. vbi dicit. Saluus tñ erit quaſi p ignẽ. Aug. dicit, ꝙ quidã ſunt qui Xp̃m amore rerũ temporaliũ non deſerunt: tñ dolent amiſſioue rerũ, quas diligebant. Sed iſte ignis, & iſte dolor, nõ ſubuertit, neq; cõſumit. Et de hoc dolore, & de hoc igne, ipſe dicit. Tale aliquid ẽt poſt hanc vitam fieri incredibile nõ eſt: & vtrum ita ſit, quæri põt, & aut inueniri, aut latere: Hæc Aug. Et ita nõ dicit latere ignem purgatoriũ, ſed ſi eſt dolor de tẽporalibus, quę hic dimittunt̃ poſt hanc vitã. Poſtea vero introducit expoſitionẽ de igne purgatorio. De quo certe Paul. intelligit in fine, cũ dicit: Ipſe aũt ſaluus erit, ſic tñ quaſi per ignẽ, nõ in principio, cũ dicit. Vniuſcuiuſq; quale opus ſit, ignis ꝓbabit. Tunc.n. per ignem, diuinũ rigoroſum examen intelligit. Et ꝙ illa dubitatio Aug. nõ ſit de purgatorio, ſed de dolore poſt obitũ, ipſe manifeſtat qui eãdẽ dubitationẽ repetit de fide & operibus cap.16. cuius verba, ſi videbis, nõ dubitabis ſup iſtud. Quód vero ip̃e purgatoriũ ponat: Vide in Enchir. ad Laurentiũ, cap.m. vbi dicit. Neq; negandũ eſt, defunctorũ animas, pietate ſuorũ viuẽtiũ releuari, cũ pro illis ſacrificiũ mediatoris offert̃, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Hæc ille. Et declarans modũ, di/cit, ꝙ ſuffragia nõ proſunt valde bonis.i. beatis, neq; valde malis.i. dãnatis: ſed mediocriter bonis, mediocriter malis: qđ niſi de purgatorio intelligi neqt, neq; iſti tertii in inferno ſunt, quia dãnatos nominat, vt male quidã Anconitanus in/telligit: ſed dãnantur exiſtentes in purgatorio.i. pœnã dãni patiuntur. Nõ te de/cipiat verbũ iſtud in doctrina Aug. qui ſemp dicit pueros decedentes ſine ſacro regenerationis dãnari, & tñ nõ ſunt in inferno. Liber.n. ille de fide ad Petrũ Diaconũ, vbi hoc dicit: non eſt Aug. ſed dãnantur pueri.i. pœnam dãni patiunt̃. Mitiſſima tñ eſt pœna eorũ. Et ſi in inferno eſſet intelligenda illa Aug. doctrina: in/tantũ poſſent multiplicari ſuffragia, ꝙ nulla pœna eſſet in inferno, aut per diminutionẽ pœnæ, aut per augmentum virtutis, vt pœna fieret tolerabilior. Et ſi tibi dr̃, quód Augu. dubitat de purgatorio, in Ipognoſticon cõtra Pelag. Cenſura & Phraſis, te docent illum librũ non eſſe Aug. a quo habes purgatoriũ, miſſam ſa/crificiũ noſtri precii, pro defunctis, & veritatẽ Euchariſtiæ. Et vide ipſum cõtra

literas Petiliani.l.2.vbi dicit:Sicut aliud eſt carnis circũciſio Iudæorũ: Aliud aũt quod octauo die baptizatorũ nos celebramus:& aliud eſt Paſcha, qđ adhuc illi de oue celebrant: Aliud aũt,quod nos in corpe & ſanguine Dñi accipimus:Hæc Aug.& ꝯtra Creſconium grãmaticũ.l.i.ca.25.dicit:Quid de ipſo corpore, & ſanguine Dñi vnico ſacrificio pro ſalute nra? quis ipſe Dñs dicat.Niſi quis manducauerit carnẽ meã,& biberit ſanguinẽ meũ,nõ habebit in ſe uitã.Nõne Apoſt. docet:etiã hoc pernicioſum male vtentibus fieri:Et in cap.27.iterũ repetit de ſacrificio corporis & ſanguinis in ſacro:& in.l.de anima,& eius origine,ad Petrũ preſbyterũ.li.2.cap.11.vbi repræhendit eos,qui corpus Xpi offerunt pro nõ baptizatis.Et.l.i.de peccatoꝝ meritis & remiſſione,& ſup Io.6.cap.& ꝯtra duas epiſtolas Pelag.ad Bonifatiũ li.2.&.l.4.Eandẽ veritatẽ ſacri inſtruit. Et in pſal.33.ꝯcione 2.dicit.Quę ſunt iſta Hoſtia ciuitatis,niſi corda nra,quę clauſeramus ꝯtra Chriſtum,qui de tympano crucis,aperuit corda mortaliũ,& ferebat᷑ in manibus ſuis. Qũo ferebatur in manibus ſuis,quia cũ cõmendaret ipſum,corpus ſuũ, & ſanguinẽ ſuum:accepit in manus ſuas,qđ norunt fideles,& ipſe ſe portabat quodãmõ, cum diceret:hoc eſt corpus meum:Hęc Aug.qui in epiſt.Tho. ad Boniſa.epiſt. 23.ſic dicit.Nõne ſemel ĩmolatus eſt Xps in ſeipſo?& tñ in ſacro,nõ ſolum per oẽs Paſchæ ſolẽnitates,ſed omni die,populis ĩmolat᷑:nec vtiq; mentit᷑,qui interrogatus eum rñderit ĩmolari:Hæc Aug.Qui infinities veritatem ſacri Euchariſtiæ veneratur.Origenes ẽt,doctor glorioſiſſimus,& poſt apſos eccleſiarũ magiſter,a Hieronymo appellatus,ſup Matt.cap.26.Tract.35.dicit:Panis iſte, quem Deus verbũ,corpus ſuũ eſſe fatet᷑:verbũ eſt nutritoriũ aïarum:verbum de Deo, verbo procedens: & panis de pane cœleſti qui poſitus eſt ſup menſa:& infra.Et potus iſte,quẽ Deus verbũ,ſanguinẽ ſuũ fatet᷑:verbũ eſt potens & inebrians præclare corda bibentiũ:& infra.Eſt ſanguis vuæ illius,quæ miſſa in torcular paſſionis,protulit potũ hunc.Sic & panis eſt verbũ Chriſti factũ de tritico illo,qđ cadens in terrã bonã multũ fructũ reddidit:Hæc Orig.Vbi patet manifeſte,in calice eſſe ſanguinẽ Chriſti,qui dictus eſt & Botrus vuæ,vt notat Aug.in enarratione ſua,in pſal.8.Ille Botrus vuæ eſt,quẽ ligno ſuſpenſum de terra promiſſionis, qui præmiſſi erant a populo Iſrael,tanq̃ crucifixũ attulerunt: & pars ligni,in quo ſuſpenſus erat pars ante,& pars poſt terga,vtrũq; teſtñi ſignificabant. Sanguis ergo iſtius vuę,& ille panis,qui moriens tñ fructum attulit in ſacro aſſumunt᷑.Et ita apparet tibi, ſecundũ intentionẽ Origenis,quod panis in ſacro,verbum eſt, quia corpus Chriſti eſt(nõ ſubſtantia panis)aſſumptum a verbo in vnitate exiſtentiæ,ſicut in vnitate perſonæ:& qui manducat hanc carnẽ, viuet pp chriſtum, ſicut Chriſtus viuit pp Patrem,ideo Propheta a Spiritu ſancto edoctus,dixit(vt Aug.notat in enarratione pſal.1.)Rex meus,& Deus meus: quia regẽ Chriſtum ſcripturę appellare ſolent,& Chriſtus via eſt,per quã itur ad Patrẽ. Ideo Apoſt. admirabiliter & profunde cõplectens Trinitatis myſteriũ,dixit.Ex quo oĩa,per quem omnia,& in quo omnia.Ex Patre.n.oĩa ſunt,per filium,& fiunt omnia,& inſtaurãtur omnia.In Spiritu ſancto, fiunt omnia:Dilectione enim Deus facit cuncta quæ facit.

Solutiones

Solutiones ad rationes Hæreticorum.

REMANET nunc,rõnes factas ab aduerſariis,oſtendere, cõtra veritaté nõ cócludere. Ad primã ergo rõnem, iam rñſum eſt, de/ clarando Euangeliũ Ioã.ab iſtis perperã intellectũ. Chriſti.n.caro dentibus ſciſſa,& in ſtomacho digeſta,nihil prodeſſet:Nã ſic Iu/ dæi intelligebant ſermonem Domini,& qđ eſſet erogaturus eis, carnem ſuam. Iõ dicebant:Durus eſt iſte ſermo,pp qđ Chriſtus eos ab errore re uocans:certificauit eos qđ corpus eius glorioſum aſcenſurũ erat in cœlos:& cõ ſequẽter,nõ erat ſic daturus carnem ſuam ad comedendũ vt nauſeam generaret: modus ergo comedẽdi carnalis nõ prodeſt,neq; caro eius vt humana eſt, & e re/ gione ſpiritus accepta,prodeſt quicq̃. Prodeſt aũt Chriſti caro, quæ caro eſt & ſpũs.Caro ergo nihil ꝓdeſt.Caro Xp̃i ꝓdeſt,quia eſt vnita ſuppoſito verbi ĩ vni tate exiſtẽtię, iuxta illud Aug.io.de Ciuitate Dei.Nõ,n.caro per ſeipſam mũdat, ſed p verbũ,a quo ſuſcepta eſt: qđ cũ ſit principiũ oĩum ſuſcepta aĩa de carne,& animam credentiũ mundat & carnem:ergo caro nõ prodeſt quicquã. Quid.n. prodeſſet Xp̃o propinquũ eſſe ꝓpinquitate carnis ſpũs eſt qui viuificat,& caro Chriſti vt Chriſti eſt,caro eſt & ſpũs, & vt ſpiritus viuificat,nõ vt e regione ſpi/ ritus diſtinguiť. Oportet ergo ſpũaliter myſteria intelligere,nõ qđ ibi non ſit ſacramentaliter verũ Chriſti corpus, ſed interioribus oculis carnem Chriſti verã ſub ſpeciebus panis adorare,& ſacramentalr & ſpiritualiter comedere. ¶ Ad ſe cundam rõnem patet ſolutio,quia vera Chriſti caro nõ carnaliter comeſta,vt cæ/ teræ carnes comeduntť,nauſeam nõ generat. Vñ Xp̃s ſatis nauſeam eiecit,cũ mo dum carnaliter manducandi negauit. Vnde Iudæi præcipue videbanť dubitare de modo,quia aliũ modum comedendi carnes præter ſolitũ ignorabant: iõ di/ cebant. Qũo põt carnem ſuam dare ad manducandũ. Inſtructis aũt de modo per fidem,nõ eſt nauſea,ſed maxima delectatio vniri cum Xp̃i corpore,ſicut fit cũ di/ gne ſacrm̃ illud ſuſcipiť. ¶ Ad tertiam rõnem in qua dr̃,ꝙ oẽs ſenſus cõtradi cunt noſtræ poſitioni:dicendũ nunc eſt:Quid quærunt iſti naturæ ordiné. Xp̃s ex virgine ſine viro, præter naturã,natus & mortuus, reſurrexit: præter naturam mortuos ſuſcitabat:præter naturã aſcendit ad cœlos. Si hæc Euangelio credi/ mus:cur nõ credemus eidem dicẽti:Hoc eſt corpus meũ:& hic eſt ſanguis meus. Captiuare.n.oportet intellectũ in obſequium dei,& vbi ſenſus præſtarent expe rimẽtum,euacuareť & fides,& meritũ fidei,cuius hoc ſacrm̃ eſt myſterium. Sed quia iſtæ ſpecies cõſecratæ pñt nutrire,& ꝯſequẽter ex eis generari ſubſtantia: ali quid eſt dicendũ,quia ex nõ ſubſtantia non põt fieri ſubſtantia:& aliqui ſunt,qui dicunt,qđ Chriſtus eſt in Euchariſtia quãdiu ſpecies ſunt, ita qđ ſub illis poſſet ſtareť ſubſtantia panis.Statim aũt qđ deſinit ſub illis eſſe corpus Xp̃i,redit ſub/ ſtantia panis:ſed iſti ſunt in errore manifeſto,neq; ſtant in opinione. Quæriť.n. ab iſtis qñ redit ſubſtantia panis,aut redit in vltimo inſtanti,qñ.ſ.generatur ſub/ ſtantia nutriti, vel ante illud inſtans,ſi in illo inſtanti:ergo tunc eſt panis,& non panis. Eſt.n.panis poſitione:nõ eſt panis quia primũ eſſe ſubſtantię genitę eſt pri mum nõ eſſe panis ex quo generatur:Si vero,redit ante illud inſtans:ergo rema/ nebunt per aliquod tp̃s ſpecies panis cõuenientes,ſine Chriſti corpore, vel Xp̃i

corpus,per aliquod tẽpus erit inſimul cum ſubſtantia panis, qđ iſti admittere no/ lunt. Ideo alii aliter dicunt,qđ antiquo miraculo,deus nouã materiam creat,non aũt illam,quã in corpus Xp̃i conuertit. Sed quæritur ab iſtis: qñ redit iſta mate/ ria: aut redit in inſtanti,qñ noua ſubſtantia generat̃,vel ante illud inſtans. Si añ: ergo eſt ibi Xp̃i corpus,cum alia materia,quod illi nõ concedunt. Præterea illa materia,omnino erit cũ aliqua forma,quia ſecundũ illos non põt materia,per quã cunq; potentiam eſſe ſine forma,quia cõtradictionem implicat: neq; põt Deus effectum formalẽ ſeparare a cauſa formali. Eſſe autẽ effectus formæ ponit̃: er/ go erit Xp̃i corpus cum alia ſubſtantia,aut erit materia ſine forma. Si vero poni tur in eodem inſtanti: fruſtra ponit̃,vt agens naturale ex ea generet,cũ non ge/ neret niſi ex materia quanta. Præterea generat corrũpendo. Materia aũt illa,non ponitur redire cum forma corrũpenda,quia ſic ẽt cõcurrerent primum ſui eſſe, & primũ ſui non eſſe: ideo audienda eſt Thomæ ſñia,qđ dimenſionibus ꝓpter propinquitatẽ quã habẽt ad materiam cõcedit̃,qđ poſſint eſſe vice materia,quæ in inſtanti generationis diuina actiõe virtute primi miraculi,trãſit in materiam,& agens attingit nudã eſſentiã materię,vt patet apud Tho.3.p.q.77. non qđ for ma ſubſtantialis perficiat dimenſiones,quæ nõ ſunt materia ſubſtantialis. Hoc ſimile eſſet,dicere albedinem Angelũ informare. Præterea,actus in genere ſub/ ſtantiæ,non põt eſſe actus potentiæ in genere accidentis. Præterea a quo ſit illa forma de nouo,quæ ſecundũ eos in dimenſionibus reciperet̃. Si a Deo creat̃,nõ oportebat laborare ad ſaluandos effectus agentis naturalis,intm̃ quod dimen/ ſionibus naturã materiæ cõcedimus. Si vero illa forma ſit ab agente naturali, quõ agens naturale educet formam a paſſo in cuius potentia nõ cõtinet̃. Actus aũt ſubſtantialis,nõ continet̃ in potẽtia accidentalis dimenſionis: agens ergo na turale agit in dimenſiones vſq; ad inſtans gñatiõis excluſiue: ſed tunc agit in ma teriã in quã formã introducit & quãtitatẽ educendo de potẽtia paſſi: vide Th.3. par. & ita vice panis patitur: recipit vero dimenſio iã vere facta materia. Põt etiã dici,quod qñcunq; deſinit Euchariſtia,ſiue per alterationẽ,ſiue per motũ in quã/ titate redit ſubſtantia cõpoſita,cui illa accidentia conueniunt,& quam afficiunt in inſtanti corruptionis,& immediate ſit a Deo. Patet inq̃ iſtud,qđ ceſſante Eu chariſtia,nõ amplius durat miraculũ,vt accidens ſit ſine ſubiecto: ergo in inſtan ti illo redit ſubſtantia cõpoſita,& non alia q̃ illa quæ nata eſt illis accidentibus affici. Hæc autem ſubſtantia,a nullo fieri forſitan põt,niſi a deo,quia nullũ agẽs habet virtutem actiuã ad hoc ſufficientem. Deus ergo eſt,qui ſubſtantiã cõpoſi tam ibi creat: ꝓ ſi vlterior ſequit̃ generatio de illa ſubſtantia: agens naturale, qđ ibi habet paſſium ſibi cõueniens,habet vnde agat in formã ſubſtantialẽ. Do/ nec aũt illa ſubſtãtia generet̃,quõ poterit virtus nutritiua ex accidentibus ge/ nerare ſubſtantiã,aut a generare: ſed de hoc eſt ſermo,cum de tranſmutatiõi/ bus circa Euchariſtiam diſputamus alibi: & ſic habes qđ in his quæ ad fidẽ atti nent,nõ eſt fugiendum ad ſenſus,quia ſic de trinitate & incarnatione dicerem. Sed dicas cum Paulo ad Hebręos.11. Fides eſt ſperãdarum rerũ ſubſtantia ar/ gumentum nõ apparentium. Beati qui nõ viderunt & crediderunt Ioã.20. Ad ſe quentem rõnem,quã ad quid valere & inducere velint nõ intelligo: ſi quia tan to apparatu fecit illud Dñs volunt elicere (vt vident̃ intendere) nõ eſſe ibi ve

rum

rum corpus Chriſti. Vnde illud ſequať nõ video. Videť fortaſſe illis, quod vbi ſit verum Chriſti corpus in ſui reali pñtia, nõ deberet cum tanto apparatu celebrari: ſicut vbi panis ſit, qui verum Chriſti corpus ſignificaret. Accepit ergo Ieſus panem, non vt panis remaneret, ſed vt qui ſui voluntate ex nihilo factus eſt, in corpus Chriſti preexiſtens mirabiliter conuerteret. Ad ſequentem rõnem, quæ fundamentum eſt erroris eorum, dico quod loca per eum adducta ſunt methaphorica, & ex ſermonibus methaphoricis trahere ſimilitudinẽ ad ſermonem propriũ eſt hominis non potentis diſcernere iter verũ & veriſimile. Cognoſcitur aũt quãdo ſermo eſt parabolicus ex circunſtantiis ſcripturarũ, quæ ſcripturas illuminãt. Non. n. ſi Leo dicitur Chriſtus, ideo Leo erit, qui in ſyluis habitat, & rationis eſt expers. Dicit tñ Dñs caro mea, vere eſt cibus. Si vere, nõ ergo parabolice. Similr dum dicit ſeptem boues pingues, ſunt ſeptẽ anni vbertatis: quis nõ intelligit boues non eſſe annos, ſed annos vbertatis ſignificare: ſimiliter qđ ſemen bonũ ſeminatũ non eſt filii regni, & alia quæ inducunť. Similiter dum dixit: Ego ſum vitis vera: vos eſtis palmites. Quõ Chriſtus erat vitis: ex hoc quod ſubdit poteſtis intelligere. Nõ. n. diſcipuli erant veri palmites, ideo neq; Chriſtus erat vera vitis materialis, ſed pp hoc nõ ſequitur quin ad Chriſti benedictionẽ illam. ſ. quæ dicit, & qua in conſecrando vtimur, hoc eſt corpus meũ, panis nõ fuerit cõuerſus in verum Chriſti corpus, & vinũ in eius ſanguinẽ. Sed ſi oĩa volunt in parabolis ſaluare: quid ſoliditatis remanebit in fide? neq; cõuenit ſermo methaphoricus in inſtitutione ſacramenti, ſicut qñ Dominus in parabolis loquebatur. Ad aliam rõnẽ quam accipiunt ex verbis Lucæ. 22. Animaduerte lector, quod eſſe memoriale paſſionis Domini, nõ negat ibi fore verum corpus Chriſti, ſicut neq; pp hoc qđ ſacramentum illud myſterium vocať. Vnde fomentũ erroris accipiunt aduerſarii: nam vt memoriale ſit & ſignificatiuũ dominicæ paſſionis, non requiriť vt ibi ſit ſubſtantia panis, immo verum Chriſti corpus qđ in cruce fuit paſſum, perfectius eius paſſionẽ ſignificat, & memoraliter repræſentat. Ideo voluit Chriſtus, ducens nos ad manus amicitiæ, ſuamq; charitatem declarans erga nos præſtans: ſe non ſolum videri deſiderantibus, ſed & palpare, comedere, & amplecti & totũ effectũ explere: igitur vt leones flãmam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedamus, terribiles facti diabolo. Verior ergo repræſentatio & cõmemoratio fit Dominicæ paſſionis, per verum Chriſti corpus, q̃ per panẽ triticeum: Panis. n. Cœleſtis, magis repræſentat paſſionem Domini cœlorũ, q̃ panis de terra ortus. Myſteriũ quoq; dicitur illud venerabile ſacrm, qñ aliud cernitur, aliud crediť, cernuntur ſpecies panis & vini. Caro aũt Chriſti creditur, & verus Chriſti ſanguis; ideo fidei myſteriũ, quia ſola fide penetrabile; nec per aliquã artem ſumi poteſt experimẽtum. Solet etiam quoq; ſacrm iſtud a multis exẽplũ appellari, nec propter hoc debet negari veritas ſacramẽti: nam & Chriſti mors & eius reſurrectio, exempla ſunt nobis, & tñ vera mors, veraq; reſurrectio. Scribit. n. Petrus. 1. Ep. 2. Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exẽplũ vt ſequamini veſtigia eius. Reſurrectio quoq; exẽplum eſt, nos admonens, vt a peccatis reſurgamus, & cõfidamus in carnis reſurrectionẽ: nam Xps reſurrexit, ergo & nos reſurgemus. Quod vero in eadem ratione inducunt ex verbis Apoſtoli, iam declarauimus mentem eius conformem dictis Euangeliſtarum. Species enim panis frangimus, panem tamen

cœleſtem qui de cœlo deſcendit, accipimus & comedimus, ſpecies frangẽdo, corpus Dñi nõ lædendo. Illum.n. panem dat, quem Mãna figurauit. Non figurauit aũt Manna panem Triticeum, ſed panẽ cœleſtem qui longe ſuperior eſt pane Angelorum, quẽ comederunt patres in deſerto. Cõicatio eſt ergo corporis Chriſti, & mortem Dñi annunciamus perfectius per verũ corpus eius, ꝗ feciſſemus per ſolum panẽ caducum. Cum ergo Chriſti carnẽ offerimus: Chriſti paſſionem cõmemoramus: gratias Deo agimus, qui in ſanguine filii ſui redemit nos. Redemptio aũt dicit͛, quod hoſtibus datur pro redimẽdis captiuis. Ipſe ergo eſt redẽptio noſtra, iuxta ſermonem Iſaiæ. 53. cap. Vere languores nr̃os ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Chriſtus.n. (ad Rom. 4.) mortuus eſt pro delictis noſtris, & reſurrexit ꝑpter iuſtificationẽ noſtrã: ideo corpus eius veriſſimũ offerentes: eius paſſionẽ memoramus: Deo gratias agimus: & de menſa diſcedimus tanꝗ Leones diabolo facti terribiles. ¶ Ad auctoritatẽ Aug. rñdendũ eſt, quia nõ eſt ſimilis Tertuliano, quẽ magnifaciunt iſti, quem tñ Hierony. hęreticũ nominat, & dicit eũ incidiſſe in errorem Montani: ſed qualis ſit mens Aug. Lucæ clarius probauimus. Audet tñ quidã modernus hæreticus Zuuinclius appellatus, dicere Aug. mentem eſſe, negare in ſacro verum Xp̃i corpus, tacuiſſe tñ, qa oppoſitum tp̃e ſuo valde inualuerat: quæ quantũ Aug. cõueniant, & eius doctrinæ, alii deiudicent. Ignorauit fortaſſe Aug. naturã mendacii, quam nullus melius cõſyderauit, qui neq; officioſum admiſit, vt patet in libro ſuo de mendacio. Dico ergo, ꝙ accidentia panis, & ſanguinis, cum Xp̃i corpore, quæ Xp̃s dedit diſcipulis in inſtõne huius ſacri: ſunt ſacr̃m, qđ ſignificat Xp̃m paſſum. Non eſt tñ ibi panis ſignificatiuus, ſed panis cœleſtis eſt, qui Chriſti paſſionẽ ſignificat, ad id qđ dr̃ de Aug. ſup Io. 6. dico qđ loquitur de corpore Chriſti myſtico, & de gratia, quæ eſt eius effectus. Et de vero Xp̃i corpore, oĩa hæc tãgit, vt vidẽti patet. Neq; ponẽtes corpus Chriſti in ſacro, carnem ſcd̃m carnẽ exponimus, ſicut Iudæi credentes Chriſtum erogaturũ & diſtributurũ carnes ſuas ad comẽdendũ. Xp̃s autẽ in cœlo eſt, & in Hoſtia realiter: ſacraliter tñ: & ideo nõ carnaliter intelligimus, ſed ſp̃ualiter, verã tñ carnem eius. Et ſi licet Aug. per eũdẽ Aug. exponere: audi verba eius, vbi ſuperius induximus. Et ſi veritas ait: caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus: quõ magnũ erit panis quem ego dabo. Caro mea eſt pro mundi vita, niſi vera ſit caro, ſed quia fas nõ eſt vorare dentibus: voluit Dñs hunc panem, & vinũ in myſterio vere carnẽ ſuam, & ſanguinẽ ſuum, cõſecratione ſp̃ũ ſancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita myſtice imolari, vt ſicut de virgine ꝑ ſp̃m ſanctũ vera caro ſine coitu creat͛, ita per eundẽ ex ſubſtantia panis, & vini, myſtice idem corpus Xp̃i cõſecretur. Corpus Xp̃i, & veritas, & figura eſt. Veritas, dũ corpus Xp̃i & ſanguis virtute Sp̃us ſc̃ti. In virtute ipſius, ex panis & vini ſubſtantia efficit͛. Figura vero. ſ. quod exterius ſentit͛, & credendum eſt, qđ in verbis Chriſti, ſacra conficiant͛. Cuius.n. potẽtia creant͛, prius eius vtiq; verbo ad melius procreant͛. Sic ergo intelligas, vt ſacri doctores exponũt. In cœna.n. dum ipſum, & nõ ipſum corpus, qđ videbat͛ manducabatur, ip̃m ſimpliciter & nõ ipſum viſibiliter, vt dicere poſſit Dñs: pauperes ſemper habebitis vobiſcum, me aũt ſemper nõ habebitis, & ego ſemper vobiſcum ero vſq; ad cõſummationem ſæculi, quod non de diuinitate intelligitur, quæ cum ſæculo non

terminabit͛

nõ terminabitur, ſed de ſacramentali pñtia, de qua antiquiores verba dicũt, quæ nõ niſi Deo conueniunt ſi recto iudicio iudicent. Dionyſius.n. Ariopagita in libr de Eccleſiaſtica Hierarchia (ſi liber eius) .c.3. ſecundum nouam tranſlationem ſcribit, q̃ Pontifex, cum diuina munera, laude proſecutus fuerit: ſacroſancta & anguſtiſſima myſteria cõficit, & quæ ante laudauerat, venerandis operta & abdita ſignis, in cõſpectu agit, diuinaq; munera reuerenter oſtendens ad ſacram illorum cõmunionem, & ipſe cõuertitur, & reliquos vt cõmunicent hortatur: & poſt multa ſubdit. Deſcribit enim Pontifex in his ferme ſenſibiliter muneribus in cõſpectu dans Chriſtum Ieſum noſtrum ſpiritualem, vt in imaginibus vitã ex diuinitatis occulte perfecta & incõfuſa noſtræ mortalitatis abſumptione Clementiſſime proprietatem ex nobis accepiſſe, atq; ad diuiſibile noſtrum ſine mutatione ſui ex vnitate naturali proceſſiſſe, perq; hanc beatificam clementiam ad participationem ſui ſuorumq; bonorum inuitare genus humanum. Si tamen ipſius clementiæ inſeramur, ipſam quantum fas eſt imitando, ſunt veraciter cõſortes Dei, diuinorumq; participes efficiamur. Hæc Dionyſius de ſacramento Euchariſtiæ, & longe plura vbi inſinuat ibi eſſe verum Chriſti corpus, ſed ſpeciebus panis & vini opertum. Redeamus ergo, vnde diuertit ſermo, ad ſoluẽdas.ſ. hæreticorum rationes. ¶ Ad auctoritatem Origenis dico, quod iſti aut parum, aut nihil conſyderauerunt verba Origenis, qui dicit, panis quem Deus verbum, eſſe fatetur corpus ſuum, cibatorium eſt verbum animæ. Dicant modo iſti: Panis Triticeus eſt verbum vnitate naturę? aut vnitate ſuppoſiti? & clarum eſt, quod neutro modo ille panis eſt verbum. Corpus vero Chriſti, licet non ſit verbum vnitate naturæ, eſt tamen verbum vnitate ſuppoſiti. Secundo, dicant: Iſte panis Triticeus, eſt ne cibus animæ, & clarum eſt quod nõ, ſed corpus ſuum, qđ eſt panis viuus, qui de cœlo deſcendit, quia per manus ſpiritus ſancti formatum, eſt cibus animæ, dans illi diſpoſitionem æternę hæreditatis: quia ſpiritus eſt qui viuificat. Et de hoc exigitur fides, & non ſolum hęc, ſed charitas, quę ædificat, iuxta illud Apoſtoli.1.ad Corinth.13. Si omnem fidem habuero, ſic vt montes transferam, & corpus meum tradidero, vt ardeam: charitatem autem nõ habuero, nihil ſum. Varie ergo, idem Corpus Chriſti ſuſcipitur, & varie operatur, ſecundum varias diſpoſitiones recipientium. Dicitur etiam panis benedictionis, quia per corpus Chriſti, quod eſt panis cœleſtis: anima benedicitur & Chriſto vnitur: Panis ergo cœleſtis, panis benedictionis eſt, qui animam benedicit, & præſtat illi permanẽtiam æternam cum Chriſto. Chriſtus etiam panem Triticeum accepit, & benedixit verba ſacramẽtalia proferens, & ex pane factum ibi corpus Domini fuit: ideo caro Chriſti panis benedictionis dicitur, quia per benedictionem panis factum eſt ibi verum Chriſti corpus. ¶ Ad auctoritatem Hilarii adductam in oppoſitum, dico quod per arcanum cibi ſancti, non intelligit (vt iſti inepte inducunt) contemplationem Chriſti: ſed ſacramentum, quod arcanum eſt: quia creditur, oculis nõ videtur. Cibi vero, quia vere cibus animæ eſt, iuxta ſermonem Domini Ioan.6. Caro mea vere eſt cibus: id vero quod dicit Hilarius quod.ſ. in fide reſurrectionis accipitur ſacramentum cœleſtis panis, non ſic intelligendum eſt, vt realem præſentiam corporis Chriſti excludat: ſed qđ panis ille cœleſtis qui de cœlo deſcendit, qui Chriſtus eſt, veritate dicente: Ego ſum panis verus, qui de cœlo

deſcendi. Non prodeſſet vbi fides reſurrectionis abeſſet, & charitas, imo ſicut nutrimentum corporale in ſubſtantiam nutriti nō cōuertitur, niſi mediante calore naturali, ita caro Chriſti quæ vere cibus animę eſt, nō prodeſt ſine charitatis ardore, quæ fidem ſupponit, ſine qua impoſſibile eſt placere deo. In fide ergo & charitate, debet ſuſcipi ſacramentum: & tunc eſt eſca vitæ, & ita nō ſufficit confidere in Xp̄m, vt excludit ſacramenta, neq; fides ſola ſufficit, dicente Xp̄o. Niſi manducaueritis carnem filii hominis, nō habebitis vitam in uobis. ¶ Ad auctoritatem Hieronymi, qui tam clare pro veritate huius ſacramenti loquit᷑ (vt notauimus) dicendum quod Hieronymus loquit᷑ de effectu Euchariſtiæ reſpectu ſumētis, qui indigne ſumit: & nō loquitur de veritate ſacramenti: nam malus ſacerdos verba proferens ſuper materiam debitam: ſacramentū conficit ſecundū Xp̄i promiſſionem. Cum vero dicunt, quod ſanguis diſpenſabatur populo. Dico qđ verum fuit in Eccleſia primitiua: poſtea tamen adeo creuit populus Chriſtianus, quod propter ſcandala, quæ accidere poſſent, reuocata eſt illa cōſuetudo, præſertim cum in pane ſumatur etiam ſanguis, qui nō derelinquit Xp̄i corpus in Hoſtia & ꝓpter exemplum Chriſti, Cleophani ſolo pane cōmunicantis, vt diximus. ¶ Ad rationem per quam probare intendunt, male ordinatum eſſe, vt vinum ſeparatim cōſecretur: Dico, quod ſi in primo ſignato ſpeciei panis, nō continetur ſanguis, ſed tantum cōcomitatur: patet ibi nō eſſe bis ſanguinem ex vi ſacramenti, ſed ſub ſpecie panis eſſe cōcomitanter: Sub ſpecie autem vini, ex vi ſacramenti, non ergo incipit eſſe poſtquā fuit: quia tunc primo incipit eſſe vi ſacramenti. Præerat aūt concomitando primum ſignatum contentum ſub ſpecie panis. Vbi vero teneat᷑, ꝙ ſanguis eſt pars per ſe corporis ſignati ſub ſpecie panis, adhuc etiā nō incipit eſſe bis: quia licet per ſe ſit ſub ſpecie panis, non tamē primo: ſed vt aliquid primi ſignati: ſub ſpecie vero vini, incipit eſſe per ſe & tanꝗ primum ſignatum: vnde neq; Sacerdotes plus accipiunt, ꝗ laici, neq; Laici diminute capiunt ſacramentum. ¶ Ad ſequentem rōnem, quę pluries pertractata eſt, quia fundamētum erroris eorum eſt: dico qđ procedit ex verbis Domini male intellectis: Nō enim intendit Dominus veritatem ſui corporis, negare ſumentibus ſacramentū, ipſamet veritate dicēte: Caro mea, vere eſt cibus: & ſanguis meus, vere eſt potus: ſed illi carnaliter intelligentes, modum ignorantes: credebant Xp̄m offerre carnes ſuas, ſicut carnes cæterorꝫ aīalium, vt dentibus ſcinderent᷑: & in ſtomacho digeſte in ſubſtantiā nutriti cōuerterent᷑. Vn̄ eis gn̄abat᷑ nauſea, & dicebant: Quō poteſt carnē ſuam dare nobis: & ſimiliter durus eſt iſte ſermo: Certificauit aūt eos dn̄s ſe non ſic erogaturū carnes ſuas, ex hoc qđ videbunt eum aſcendentē ad cœlos. Et de mō manducandi uolens eos inſtruere, dicit dn̄s: Verba mea ſunt ſpūs, & uita: Ipſum vero corpus ſcđm Aug. & qđ uidebat᷑, & nō ipſum qđ uidebatur erant manducaturi ipſum inuiſibiliter, nō ipſum uiſibiliter, qđ in cœlo eſt. Inuiſibiliter ergo, ſub forma panis uera chriſti caro comedit᷑. Intellexiſtis ergo ſpūaliter ſpiritus, & uita ſunt. Intelligere aūt ſpiritualiter nō eſt in Euangelio, & paſſione Domini cōfidere ſolum: ſed cōfidendo carnē Xp̄i ſumere ueram ſpiritualiter, realiter tn̄ & non uiſibiliter. Caro enim chriſti, ut caro eſt, non prodeſt quicꝗ. Vt aūt caro chriſti uerbum eſt, & uerbū cibatorium: nō hoc ergo corpus, ut uideris manducaturi eſtis ſed inuiſibilr. Vnde uobis gn̄ata eſt nauſea, neq; loquutus

eſt ita

eſt ita dominus ad indurandũ corda eorũ, vt hæretici exponunt, cum eadem verba dicat diſcipulis in nouiſſima Cœna Hieroſolymis celebrata. ¶ Ad ſequentẽ rõnem, in qua dr̃, quod ſcd̃m illud aliquid terminat, ſcd̃m quod ſuccedit termino a quo: dicendũ quod proprie chriſti corpus nõ dicit̃ ſuccedere pani ſecũdum eſſe ſubſtantiæ: quia licet hẽat eſſe ſubſtantiæ poſt eſſe panis: nõ tñ incipit illud eſſe habere, pane deſinente, qd̃ ad ſucceſſionẽ ꝓprie requiri videt̃. Vnde neganda eſt ꝓpoſitio dicens ſcd̃m illud terminat, ſecũdum qd̃ ſuccedit, quia ſecundũ eſſe ſubſtantię, terminat ſeccũdũ qd̃ proprie nõ ſuccedit, & error eorum eſt, quia ꝓpoſitio vera eſſet ſi tranſubſtãtiatio eſſet ꝓductiua termini ad quem, quia tũc ſecundũ illud terminaret ſecundũ quod ſuccederet. At tranſubſtantiatio nõ eſt productiua, ſed cõuerſiua tantum alterius in ipſum, ideo ſecũdum illud terminat, ſecundum quod nõ ſuccedit: ſed bene verũ eſt, qd̃ ſecundum illud eſt nouitas in termino ad quem, ſecundũ qd̃ ſuccedit termino a quo. Nõ eſt aũt in Chriſti corpore aliqua nouitas, niſi ſecundũ præſentiam: & ſcd̃m illam, dicit̃ ſuccedere ſubſtantiæ panis: quia qñ erat ſubſtantia panis, Chriſti corpus nõ erat præſens: nunc vero realiter eſt præſens. Secundũ ergo præſentiam ſuccedit, ſecundũ quam eſt nouitas. Secundum ſubſtantiam vero terminat: Ideo tranſubſtantiatio non eſt verbum a papiſtis inuentum, vt aſſerunt hæretici, immo a Chriſto incepit, qui benedicendo panem, dixit. Hoc eſt corpus meum. Et ſtatim ſubſtantia panis conuerſa eſt in ſubſtantiam corporis Chriſti verbo illius: cuius volũtate, panis prius factus erat ex nihilo. Si enim ſermone eius cœleſti, quæ nõ erant, facta ſunt: cur & eodem ſermone, quæ præerant in melius nõ mutantur, dicente ergo illo: Caro mea vere eſt cibus. Nõ audebit ſponſa eius tranſubſtantiatum panem aſſerere. Quomodo ergo fictum verbum: & ſi Chriſtus aquam conuertit in viuũ & termino conuerſionis non eſt vſus, conuerſionem illam fictum verbum hæretici appellabunt: & ſi conuertit in vinum quod non erat: nonne facilius, vel eadem facilitate potuiſſet aquam conuertere in vinum quod præerat. Taceant ergo, & dicant apud Deum. Nõ eſt impoſſibile omne verbum. ſ. omnis conceptus poſſibilis, ſicut eſt omnis cõceptus qui non includit cõtradictoria. ¶ Ad ſequentem rationem, de ſufficientia Chriſti ſanguinis ſemel oblati: dicendum eſt, præſertim cum illa ratio ſit ab illis multum celebrata. Dico ergo, qd̃ Chriſti ſanguis æternus eſt a parte poſt. Et quod ipſe aufert omnia peccata ab initio mundi vſq; ad cõſummationem ſæculi: nam, & in virtute eius, peccata patrum remiſſa ſunt. Nõ enim eſt datum aliud nomen in quo ſaluari oporteat homines. Quotquot ſaluati ſunt, & ſaluabuntur in virtute vnius mediatoris, qui eſt Chriſtus, ſaluantur, & in ſanguine eius, aliter gratis fuiſſet mortuus ad Galat. 2. Oportebat. n. Chriſtũ pati, & ſic intrare in gloriam ſuam, neq; debet pluries ſe offerre, vt Pontifex intrat ſingulis annis in ſancta, in alieno ſanguine: alioquin oporteret Chriſtum frequenter pati ab origine mundi: neq; ꝓpter hoc Sacerdotes non debent offerre, qui poteſtatem cõficiendi acceperunt a Dño, dicente: Quotieſcunq; feceritis, in meam cõmemorationem, feceritis: Vnde initiauit Euangelicum Sacerdotiũ. Sacerdotes ergo, pluries per verum Chriſti corpus, deſignant oblationem a Domino factam, in cuius virtute omnes ſaluantur. Quod autem dicunt, q; ſufficit Chriſti ſanguis ad omnia peccata remittenda: dico, quod verum eſt: ſed illud

Chriſti meritum non applicatur, niſi mediis fide & ſacramentis: nam in illis, p̄mittitur vita æterna, iuxta ſermonem domini dicentis Ioan. 6. Qui comedit meam carnem, & bibit meum ſanguinē, vitam habebit æternam. Sufficiēs eſt ergo Xp̄i ſanguis, delere peccata mundi, & dare aquā ſalientem vſq; ad vitam æternā Ioā. 4. Sed non niſi mediis inſtrumentis dat. Nō enim ſufficit ſola fides, q̄ñ ſine operibus mortua eſt, vt oſtendam in. q. propria ſuper hoc: neq; ſequitur quod Chriſtus pluries morit̄, ſed pluries mortem annunciamus. Timent ne fortaſſe Chriſti corpori dolorem inferre, eius mortē memorando, in qua libere ſuſceptā, mundū ſaluauit. Vnde ad cōfuſionē eorum verba inducere decreui, quæ Gregorius ponit in Homelia Paſchali, ea diſt. Quid ſit, vbi ſic dicit. Quid ſit ſanguis agni, nō tam audiendo, ſed bibendo didiciſtis, qui ſanguis ſuper vtrūq; poſtem ponit̄, q̄ñ nō ſolum ore corporis, ſed ēt ore cordis hauritur. Hęc ſalutaris victima illam nobis mortē vnigeniti per myſteriū reparat, qui licet reſurgens ex mortuis, iam nō morit̄. Mors vltra illi non dominabit̄: tñ in ſeipſo ĩmortaliter & incorruptibiliter viuens, iterū in hoc myſterio morit̄. Eius quoq; vbiq; corpus ſumit̄: eius caro in ſalutē populi patit̄: eius ſanguis nō iam per manus infideliū, ſed fideliū, in ara fundit̄, & ſequitur: vno eodemq; tēpore, ac momento, in cœlo rapitur, miniſterio Angelorū corpori Chriſti ſociandus, & ante oculos ſacerdotis in altari videtur, tanta eſt Eccleſiæ vnitas in Chriſto, vt vnus vbiq; ſit panis corporis Chriſti, & vnus ſit Calix ſanguinis eius. Calix. n. quē ſacerdos Catholicus ſacrificat: nō alius, niſi ipſe quē Dn̄s Apoſtolis tradidit: quia ſicut diuinitas verbi Dei, eſt vita, quæ totū implet mūdū: ita licet in multis locis & innumerabilibus diebus illic cōſecrat̄ corpus. Nō ſunt tñ multa corpora Chriſti, neq; multi Calices, ſed vnū corpus Xp̄i, & vnus ſanguis, cū illo qd̄ ſumpſit in vtero virginis, & qd̄ dedit Apoſt. Diuinitas. n. verbi, replet id qd̄ vbiq; eſt, & p̄iungit & facit, vt ſicut ipſa vita eſt, & ita vnum corpus eius ſit in veritate. Vnde aduertēdū eſt, q; ſiue plus, ſiue minus, quis inde percipiat oēs, æqualiter corpus Xp̄i integerrime ſumūt, & ḡnaliter oēs & ſp̄aliter vnuſquiſq;, & idem Gregorius. Quotidie ipſe comedit̄, & bibit̄, in veritate, ſed integer & viuus, atq; ĩmaculatus manet, & ideo magnū & pauēdū eſt myſterium: quia aliud vr̄, & aliud intelligit̄: Hæc Gregorius. Non dubitēt ergo celebrare, ne Xp̄m occidant, ſed aiaduertant qd̄ nō celebrando cōtra præceptū Dn̄i, dant ſibi laqueū ad pœnā æternam, & ſacri dignitatē nō diiudicant. ¶ Ex his ad aliam rōnem patet ſolutio: Nō. n. ſi memorat̄ Chriſti paſſio, ideo Xp̄s moritur: Oblatio āūt Euchariſtiæ, eſt ſignum ĩmolationis, quā ipſe fecit in ara crucis, iuſta ſermonē Apoſt. 1. ad Cor. 11. Hoc facite in meā cōmemorationē. Quotieſcunq; panem hunc manducabitis, & calicem bibetis, mortem dn̄i annunciabitis. ¶ Ad id qd̄ dicunt de miſſa, qd̄ nō fuerit a Chriſto, vel ab Apoſtolis inſtituta: dicendū, quod miſſa, quo ad p̄cipale in illa cōtentū, qd̄ eſt ſacr̄m Euchariſtię, fuit inſtituta a Chriſto in vltima cœna, q̄ñ accepit panem, & benedixit dicens: Hoc eſt corpus meum. Similiter, quo ad Euangelia, & epiſtolas, fuit ordinata ab Apoſtolis & Euangeliſtis. Alia autem ab Eccleſia ordinata ſunt, in quanulla eſt macula. Et quid eſt in miſſa, quod diſplicere debeat, & nomine opprobrii ſit dignum nominari, & quod ab illo opprobrio deberent Sacerdotes deſiſtere. Erit ne ſacramentum corporis Chriſti, quod eſt panis, qui de cœlo deſcendit,

dit, ipſamet veritate teſtante. Ego ſum panis qui de cœlo deſcendi:& caro mea
vere eſt cibus,& ſanguis meus vere eſt potus:& vbi in ſacramento non ſit verum
Chriſti corpus: memorare paſſionem Domini: Inutile fortaſſe reputant, quod
Apoſtolus à Domino accepiſſe Corinthiis fatetur, dicens: Ego enim a Domino
accepi, qđ & tradidi vobis: quoniam Dominus Ieſus in qua nocte tradebatur, &
alia quæ ſequuntur. 1. ad Corinth. 11. reputãt fortaſſe opprobrium Euangelium
audire in quo Chriſti vita, & ſancta præcepta & cõſilia continent: & tamen iſti fa/
tentur ſe ſecũdum Euangelium viuere. Diſplicebit eis epiſtola Pauli, qui ſe Pau
linos appellãt. Erit fortaſſe opprobrium orare Beatos in patria, & illis reſpõde
bit Raphael, Tobiæ. 12. dicens: Bona eſt oratio, cum ieiunio & eleemoſyna, ma/
gis q̃ theſauros auri recondere:& parum infra: Q. ñ orabas cũ lachrymis & ſepe/
liebas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuũ, & mortuos abſcondebas per diẽ in
domo tua, & nocte ſepeliebas eos. Ego obtuli orõnem tuam Dño. Ex his, Lucę
clarius apparet, quantũ valeant orõnes angelico teſtimonio. Quare taceant, & eru
beſcant dicentes inutiles eſſe orõnes, quæ fiũt beatis. Videant illud Machab. 2.
C. 15. vbi dr̃. Hic eſt qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta Ciuitate Hie
remias propheta Dei. Similiter videant illud. 2. Petri. C. 1. Quod ſi dicant illã nõ
eſſe Petri, quia ſtylo differt a prima: Ego pari facilitate dicã primam nõ eſſe Pe/
tri: qm̃ ſtylo differt a ſecũda, neq; regulã Beati Aug. cuius ordinis imerito noĩa/
bant, eius eſſe ↄſentiam: quia ſtylo differt a reliquis eius libris: neq; Gregorii re/
giſtrum illius fore ↄſentiam: cũ ſtylo differat a reliquis Gregorii ſcriptis. Dicit
ergo Petrus dabo aũt operã, & frequẽter habere vos poſt obitum meũ, vt horum
oĩum memoriã faciatis, ſed vt taceant, & quę dicimus venerent: Audi. Io. Apoc.
8. vbi ſic legit. Et vnus Angelus venit, & ſtetit ante altare habẽs thuribulum au/
reum, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorũ oĩum ſup
altare aureum qđ eſt ante Tronum Dei, & aſcendit fumus incenſorũ de orõni/
bus Sanctorũ de manu Angeli coram Deo. Quid dices ad hoc hæretice? nonne
illa incenſa ſunt, orõnes ſanctorũ? nõne Angelus illas Deo obtulit? Quare tace,
& contẽplare ſimul, & venerare quæ dicimus. Diſplicent fortaſſe iſtis in miſſa,
laudes Dei ↄtra Prophetam, nos ad laudẽ Dei inuitantẽ. Diſplicent grãꝝ actiões,
ſi quidẽ Chriſtus Lucæ. 22. Accepto pane, grãs egit, de oĩbus. n. gratias debemus
Deo agere, ſcđm monitũ Apoſt. Quid ergo Barbare ſæuis in miſſam? Quid. n.
aliud miſſa cõtinet, q̃ imolationis Chriſti, quã fecit in ara crucis, piam cõmemora
tionem, ſiue per verũ corpus Chriſti, vt fides Catholica aſſerit, ſiue p panẽ figura/
tiuũ, vt tu impie Zuuincliane dogmatizas? Cõtinet grãꝝ actiões: laudes Dei: ſup
plicatiões, p populo: p remiſſione peccatoꝝ. Vñ aĩaduerte, prudẽs lector, vt ad/
uerſarioꝝ derideas ineptias: qđ q2 in miſſa fit ſanctificatio ppli: neceſſe eſt Xp̃m
veluti Sacerdotẽ fideliſſimũ intereſſe. Neceſſaria aũt eſt Hoſtia p ſctificatione.
Qualis aũt Hoſtia Apoſt. docuit ad Heb. 9. qđ Xp̃s ſemel in ↄſumatiõe ſæculo/
rũ, ad deſtructionẽ peccatorũ per Hoſtiã apparuit, & cap. 10. Sanctificati ſumus p
oblationẽ Ieſu Chriſti ſemel. Si igit Chriſtus ſanctificat & pñs eſt in miſſa: ſan/
ctificatio erit populi: cã ẽt totius populi in miſſa agit, & ideo ſolebat ppl̃s rñde/
re. Propter ↄfuſionẽ tñ, ordinatum fuit, vt vnus p oĩbus rñderet. In miſſa ergo,
ſanctificatur ſacerdos: ſanctificatur populus: ſpiritus hoĩs eleuatur in Deũ: com/

memoratio fit imolationis, quam Xp̄s fecit in cruce. Et vide quid Aug. de altaris ſacrificio dicit, vt induximus. In miſſa.n.veri Dei pręcepta inſinuant᷑: aut miracula narrant᷑: aut dona laudant᷑: aut beneficia poſtulant᷑. Deſiſtãt ergo iſti, a tam magno opprobrio, & amplius in ſanctã miſſam nõ loquant᷑: Inde patet ſolutio ad ſequentẽ rõnem. Nullus.n.neq; Papa, neq; aliquis mortaliũ cõuentus pñt ordinare ſacr̃m: ſed Chriſtus, qui caput eſt Eccleſiæ, ſacr̃m inſtituit Euchariſtiæ, & conficiendi auctoritatẽ diſcipulis cõceſſit, & eſt ibi Chriſti corpus memoriale paſſiõis quã Chriſtus paſſus eſt: neq; Chriſtus iterũ morit᷑, qui reſurrexit primus iter fratres, & ad cœlos aſcendit, & mors vltra illi nõ dominabit᷑, in quẽ cõfidentes viuẽt in æternũ. ¶ Ad aliã rõnem, quã faciunt ꝯtra Pontificiã dignitatẽ: dico, q̄d cum Xp̄s aſcenſurus eſſet ad cœlos, cõueniens fuit Eccleſiæ militanti aliquẽ loco ſui ſubrogare. Non.n.erat cõueniens vt Xp̄s Sacerdos ſũmus, cõtinuo miraculis, ad opera humanitatis deſcẽderet: ideo Xp̄s, poſtq̃ Petro promiſit claues regni cœlorũ Matth. 16. ad executionẽ diuina prouidentia ꝓperans. Io. 21. dixit Petro: Petre diligis me plus his, reliquos oſtendens diſcipulos: ille aũt ad dilectionẽ ſuam rñdit. Noluit vero, maiorẽ dilectionẽ ſibi arroganter aſſumere, qui aliena corda nõ inſpiciebat. Facta aũt rñſione de dilectione Dei, quę præxigenda eſt ad paſtoris offim̃. Dixit illi Dñs: Paſce oues meas, nõ has, vel illas dixit, ſed oues indifferenter, & non ſolum oues Iſrael. Vnde vniuerſum gregẽ ſibi cõmendatũ Catholicæ intelligimus: Ideo cũ diſcipuli ex nauicula vidiſſent Dñm in littore: Petrus ſe proiecit in mare, reliquis in nauicula venientibus ad littus, q̄d diuino myſterio factũ eſt. Petrus.n.futurus erat paſtor vniuerſalis Eccleſiæ: Illi vero particulariũ Eccleſiarum. Ideo Petrus, pedibus vniuerſum mare calcauit: alii vero cũ nauicula. Petro igitur, vniuerſalẽ comendauit Eccleſiam, & illi dixit: Paſce oues meas: Dixit vero ter, pp tria opera, præſertim paſtoribus debita, docere.ſ. q̄d doctrinã in paſtore ſupponit, vt prædicare poſſit, & gregẽ inſtruere. Vnde qui ad prædicãdum alium mittit, gregi prouidet: ſibi vero nõ prouidet. Nõ.n.dixit Dñs: Ite, & mittite ad prædicãdũ: ſed ite & prædicate: neq; ſuffraganei ſufficiunt, qui per accidens pp nr̃a peccata ſunt. Vnde nõ reſidere in Eccleſia, eſt ꝯtra diſpõnem iuris diuini, neq; aliquo modo diſpenſabile: & ſic, qũo Cardinalis poſſit Ep̄s creari: difficultate non caret. Aliud q̄d requirit᷑ eſt ſui exẽplo ad bona opera gregẽ inducere, iuxta illud Dñi. Vos eſtis lux mũdi: ſic luceat lux veſtra corã hoibus, vt lucerna ſup montem poſita: & debet tertio Paſtor, ſubſidia tpalia miniſtrare. Non.n.eſt paſtor, qui curam bono & pauperum hñs, illis indigentibus nõ ſuccurrit. Et ſi decimæ erant iudicialia in lege veteri pp diſtributiuam iuſtitiam ſeruandam, licet aliquid offerre, morale ſit, præſertim de primitiis, qñ ſacerdotes erant. 12. pars populi iſrael, qui nõ hẽbant partẽ in poſſeſſionibus filiorũ iſrael, vt ſcriptũ erat in lege: qũo nunc ſacerdotes curati, qui nõ ſunt centeſima pars populi Chriſtiani, decimas pñt petere a Fratribus, cum quibus æquali portione, paternam diuiſerunt hæreditatẽ, ſine vxoribus, & filiis, fratribus, grauatis familia, hoſpitalibus ordinatis, pp pauperes, multiſq; ordinatis redditibus pro ſubſtentatione ſacerdotũ. Sciant igit᷑ ſacerdotes, nõ pro ſe, ſed ꝓ pauperibus decimas exigendas eſſe, cum quibus ſi aliter diſpenſari põt, non intelligo ſic, q̄d iuſtitia cõſeruet᷑ diſtributiua. Diſcant ergo prælati, gregi tpalia ſubſidia miniſtrare, neq;

ꝓpter

ꝓpter hoc qđ Eccleſias habent in cõmendã, & nõ in titulũ, abſoluunt a paſtoris officio: aliter ſedes Apoſtolica de paſtore nõ prouideret Eccleſiæ: & de iſtis, fortaſſe tractatum faciam ſpãlem. ¶ Certum tñ eſt, quod niſi Paſtor pauerit oues ſuas, hoc triplici pabulo ſalutari nõ eſt imitator Chriſti, neq; Chriſti præceptum adimplet. Si ergo diligit Chriſtum: paſcat oues, verbo doctæ prædicationis: exẽplo ſanctę cõuerſationis: & ſubſidio piæ charitatis: & ita in fide, ſpe, & charitate, ſe Paſtorem oſtendet: & ita a Lupis Oues ſuas liberabit: & in eo lucebit triplex vis, tribus perſonis correſpondens, ſapiẽtia. ſ. potẽtia, & bonitas: & oues liberabũtur a mundo, carne, & diabolo: & niſi ſic aĩam ſuam poſuerit pro ouibus ſuis: nõ erit bonus Paſtor. Paſcere. n. oues pabulo pdicationis: eſt offm̃ de neceſſitate annexũ Paſtorali dignitati: & ſicut in politia terrena neceſſarius eſt cibus corporalis: alioquin ſine illo periret: ſic & in politia Eccleſiaſtica, neceſſarius eſt ſpũalis cibus, pro vita aĩarum cõſeruanda, iuxta vetus illud dictũ, & a Xp̃o renouatũ: Nõ in ſolo pane viuit homo: neceſſariũ ergo fuit, miniſtros huius pabuli, ꝓ ouibus Xp̃i, ſpiritualibus ordinare. Illi aũt ex officio prælati ſunt, quos crebro ſcriptura, tam veteris, quã noui teſtamẽti paſtores appellat. Vnde, nec puduit Deũ, ad huius ruſticanum humilitatis exemplũ, ſe deiicere: ꝓpterea dedit Deus paſtoribus, regiones gentium, & labores populorũ: vt ſint parati, iuxta monitum Petri omni poſcenti reddere rõnem, de ea, quæ in eis eſt, fide, & ſpe. Hinc Paulus ad Timotheũ, & Titum, & alibi, pluries vult Ep̃m doctorem eſſe, & potentẽ inſtruere in doctrina ſua, & eos qui ꝯtradicunt redarguere: & hoc offm̃ ita cęteris prætulit, vt de cęteris nullam curam habuiſſe videat, etiam de his quæ præcipua ſunt. Vñ & pria ad Corinth. primo dixit. Non miſit me Dñs baptizare ſed prædicare: ſed nunc apud quoſdã prędicare, opprobrium reputatur, & offm̃ mendicantium, & pauperum Theologorũ. Sed dicet aliquis: aĩalis homo, qui nõ ſapit ea, quæ dei ſunt, ꝓ ſe & ſociis ſuis, prædicamus gregi nr̃o, per ſubſtitutos & doctos qui ſe libẽter ad hoc opus ingerunt. Nos aũt ardua agimus: iuriſdictionẽ nr̃am & tẽporalia nr̃a, vigilanter protegimus: ſine quibus ſpũalia diu eſſe non pñt. Sed rñdeant quæſo: Nõne diceret magis, ſi per ſe ipſos, qđ principale eſt exercerent. Qđ vero acceſſorium per ſubſtitutos & procuratores. Et aliqui ſunt q inuigilant magis in eligendis mercenariis pro cultura agrorũ, q̃ prædicatoribus pro cultura ſpũali animarum: & aliqñ omnino iſtam curam negligunt: vñ populus cogit̃ inuenire, & eleemoſynam ſoluere. Illis tñ a Chriſto annexa eſt prædicandi obligatio, & illis magis, qui magis Apoſtolicæ accedunt dignitati: & bñficium magis dat̃ ꝓ prędicandi offm̃, q̃ ꝓpter officium in horis canonicis decantandũ: & ſi magnũ eſt paſcere carnem ꝓtinus morituram, vt interim viuat: quanto magis precioſum erit aĩam in æternum victuram, verbo vitæ paſcere, ne pereat: Qđ ſi nõ fecerit, in faciem illorũ, dicet Dñs: Paruuli veſtri, petierunt panẽ, & nõ erat ex vobis q frangeret eis: & quõ prædicabit, niſi qui mittitur? Ille mittit̃, qui ad paſtoris officium vocatur a ſuperiore auctoritatem hñte. Paſtor ẽt ſe defendat, & oues a lupo auaritiæ. Oportet. n. inquit Paulus, verum Paſtorẽ Hoſpitalẽ eſſe. Sed quõ dabit Hoſpitibus ſuis, qui ſatagit aliena tollere. Sint etiã diligentes, cũ ſacerdotes promouent ad parochiale bñficium. Diſcant ẽt ſubditos in æquitate & manſuetudine gubernare: nõ in ſuperbia, & nequitia: neq; eos cõuertant ad ſuos vſus: ne

qui filii regis ſunt in Eccleſiaſtica Hierarchia, in qua liberi eſſe deberent, oneri/ bus grauent', quæ ſupportare nõ poſſint. Lex ſancta eſt: obedientia ſancta: di/ gnitas quoq; paſtoralis ſancta eſt: & ſi quis Epãtum deſiderat: bonum opus de/ ſiderat: ſed ad ædificationẽ conceſſum eſt, nõ ad deſtructionẽ: ſed væ paſtoribus Iſrael (dicit Dñs) qui paſcunt ſemetipſos. Nõne greges paſcũt' a paſtoribus: hac comedunt: lanis operiunt': qd' craſſum eſt, occidunt: gregem aũt nõ paſcunt: qd infirmum eſt, nõ conſolidant: qd' ægrotum, nõ ſanant: qd' confractum eſt, non alligant: qd' abiectũ eſt, nõ reducunt: qd perierat, nõ quærunt: ſed cũ auſteritate imperant, & potentia: tñ tẽporalibus quidam ſup intendunt: ſed vnũ oportet facere, aliud nõ omittere, dicit Dñs, vt intelligerent vnũ longe pluris eſſe neceſ/ ſitatis. Errauerunt greges mei, dicit Dñs, in cunctis montibus, & non erat qui re/ quireret: nõ erat inq̃, qui requireret: ꝓpterea ego liberabo eas, dicit Dñs, & non erit vltra eis in eſcam, & qd' perierat, requiram: qd' abiectũ, reducam: quod cõfra ctum, alligabo: quod infirmũ, cõſolidabo: qd pingue, cuſtodiam: hæc dicit Dñs, vt Paſtores intelligant, ad eorum offm̃ pertinere, quæ ſe facturũ promittit, non aliter: q̃ Petro dixiſſe fert'. Vado Romam iterũ crucifigi, vt eum ad coronã mar tyrii, illos ad paſtoris offm̃ monitos, hẽret, in dignitatẽ paſtoralem, nos non mo uemus hæc verba. Illã.n. vt decet, ſumma veneramur humilitate, ſicut & paſtores bonos, ſed in malos mores, multorũ oculos digrediendo cõuertimus, ſicut amor veritatis, & deflenda nrã tempora ipulerunt, qñ hæretici crudeliſſimi ſęuiunt in Eccleſiam, & nõ eſt qui ꝯſoletur eam: ſed deiectum prius Ieſum legimus ſup aſi/ num in Hieruſalem triumphantẽ receptũ, & eo cum honore, quo nunq̃ decorati fuerunt David aut Salomon reges eorũ. Diuino.n. honore receperunt eum: Et ſi Chriſtus Petrum liberauit, dum ſumergeret' in mari, & cœlũ & terra peribũt an/ tequam peribit aliquid in lege promiſſum: ſpero ſponſam Chriſti, matrẽ noſtrã ſanctam Romanã Eccleſiam, hæreticorũ nequitia nõ conculcandã: ipſe qui po/ tens erat: ipſe qui oĩa fecit ex nihilo: dixit Eccleſiæ in perſona Petri: Ego roga/ ui pro te Petre, vt nõ deficiat fides tua, & nos defecturam timebimus: ipſe rogat, & ipſe eſt, qui rogatur, & nõ eſt qui poſſit ei reſiſtere, & ipſe dilexit ſpõſam ſuã, quã in ęternũ deſponſauit, ſcdm Oſeę ꝓphetam, & quã ita dilexit, vt formã ſer ui acciperet, & illam in morte depoſuit, quam aſſumptam, amplius nõ deſeren/ dam in cœlũ attulit, & ipſe cuſtodiet eam. Fundata eſt.n. Eccleſia ſupra petram firmiſſimam: flauerunt venti: inundauerunt flumina: & nõ eſt paſſa ruinam, & pri matum Petri & ſucceſſorũ, non ſolũ ſacra eloquia, ſed Cyprianus, Aug. Tho. & oẽs ſacri Theologi, prædicant & defendunt in ſimul cũ principatu ſedis apoſto/ licæ. Sed redeamus vnde diuertit ſermo, quia nimis digreſſi ſumus. Chriſtus igi tur, poſtq̃ Lucę. 22. fidem ſuam, fidẽ Petri dixit: illi fidem comẽdauit, dicens: & tu aliqñ conuerſus, ꝯfirma fratres tuos: qd' non dixiſſet, niſi Petrus loco ſui fu turus fuiſſet Eccleſiæ primus honore, & ptãte. Vnde Dionyſius ad Thimotheũ ſcribens, ait: Ecce etenim Petrus fundamentũ Eccleſiarũ, & gloria Apoſtolorũ: & infra, tunc inquit Paulus Petro. Pax tecũ fundamentum Eccleſiarũ, & Paſtor ouium, & agnorũ Chriſti: ex quibus patet error iſtorũ, de quo nolo nunc ſermo/ nem facere: quia de dominio Chriſti in tẽporalibus & ſpiritualibus: de Succeſſo re: de Primatu Petri: de eius Succeſſore: de Romano Pontefice: & eius poteſta/

tis

tis plenitudine: de eius electione: & quõ, & quando ad Cardinales deuenit, & de Eccleſiæ poteſtate, feci librum ſpãlem, quẽ adhuc non publicaui, neq; aliquid ibi a me prætermittitur, quod ab iſtis, aut ab antiquioribus in cõtrariũ dicat̃. ¶ Ad aliam rõnem admirabilem, dico, quod in miſſa nõ ſunt niſi ſancta verba, & verũ Chriſti corpus, & quõ ad hoc miſſa incepit in cœna dñi celebrata Hieroſolymis, in qua voluit hoc ſacr̃m inſtituere, vt eſſet vltimũ memoriale qđ magis confi/geret̃ mentibus hoĩum: & iſtud eſt qđ ſanctificat, & hoĩes ad bene operandũ diſponit: ſed omne malum, dicit Dñs, ex te eſt iſrael: a me autem, nõ niſi bonum. Si ergo mali ſunt Chriſtiani, non ſunt ꝑꝑ miſſam, quæ hortat̃ ad bonũ. Quid enim in miſſa eſt qđ poſſit homines diſponere ad malũ? Et ſi ratio cõcluderet, baptiſmi etiam dignitatẽ deſtrueret. Sacramẽta.n. hæc diſponunt hominem. Relinquunt tamẽ eum in cõſilio eorum, & iſti qui nunc non miſſant, o ꝙ ſanctiſſime viuunt. Eſt ne ſancte viuere, Monachas, quæ libere virginitatem vouerũt, in vxores ducere, & filios ſacrilegæ fornicationis ex eis facere, & tñ virginitas eſt conſilium, & conſilium materia apta eſt, ſuper quã põt cadere votum, qđ in cõſilio habemus: Reddere aũt ſub præcepto, vt patet in lege. Scriptũ eſt.n. Vouite & reddite vota deo: vbi Chryſoſtomus dicit, vouere cõſulitur, reddere vota præcipitur. Sancte igitur iſti viuunt, cum vxoribus in duo cõſilia cõtra præceptum Dñi operantibus. Sancte viuunt iſti Cæſari nõ obedientes. Inuenerunt fortaſſe in Paulo ad Romanos, quod nõ eſt ſuperioribus obediendũ: ſed nõ admiror iſtos qui vellent vt hoĩes eos admirarent̃ ꝑpter nouas opiniones. Non eſt.n. aliqua eorũ hæreſis, quã nõ fuerit antiquiſſima, & in ſacris cõciliis cõdẽnata: & vellem cũ iſtis coram diſputare, vt eorum ingenia viderem, qui cũ ignari ſint Philoſophię, nos Sophiſtas appellant. ¶ Ad ſequentem rõnem, in qua aſſerunt qđ adoramus creaturam: dico qđ iſti, aut non intelligunt, aut nolunt intelligere, quod nos adoramus. Non.n. qđ videmus, adoramus: ſed corpus Chriſti qđ nõ videmus, & dum illud adoramus, creaturam nõ adoramus, ſed indiſtincte actus adorationis, fertur ſuper humanitatem verbo vnitam. Oĩno tamen rõ adorandi, diuinitas eſt, cum de adoratione Latriæ loquimur, cui cõuenit ratio ſummi dominii, & infinita perfectio, quæ adoratio. Latriæ extrinſeca proteſtat̃. Eſt etiam ibi Chriſti imago: ſed quia, quõ hoc ſacramentum ſit adorandum: faciemus ſpeciale capĩm alibi: ideo quę diximus ſufficiant. Chriſtus etiam nõ eſt creatura, quia eſſe ſuum vnicũ eſt, increatum. ¶ Ad rõnes acceptas ex verbis Aug. dicendũ eſt: & ſi multoties aperte dicta ſit Auguſtini intentio: nunc tñ iterum aperienda eſt ꝑpter hæreticorũ proteruiam. Dico ergo, qđ manducare ſacr̃aliter, nõ eſt manducare panem ſignificatiuum veri Chriſti corporis, ſed ſpecies panis & vini ſub quibus ꝯtinetur verum Chriſti corpus, & verus eius ſanguis. Verum ſi Chriſtus nõ manet in illo, & ille non manet in Chriſto: quãuis Chriſti caro ſit ſpiritus & vita, illi tñ nõ eſt ſpiritus & vita, ſed iudicium ſibi manducat & bibit. Per ſacr̃m autem, tam excellſæ rei, intelligit corpus Chriſti ſub ſpeciebus panis, & nõ ſub ſpeciebus carnis propriæ. Quod aũt ſubdit dicta Io. 6. cap. eſſe intelligenda de cõfidentia in Chriſti mortem falſum dicit. Sed de corpore Chriſti intelligit, & ſanguine vero opertis ſpeciebus panis & vini, vt diximus, ſecdm auream expoſitionem Chryſoſtomi, quam non cõſyderauit modernus expoſitor Euangeliorũ. Et ſic accipere corpus

Dñi ſub aliena ſpecie ↄfidendo in Chriſtum, & in eo manendo, eſt ſpũaliter & ſa/cramentaliter, & nõ carnaliter intelligere, ſicut intelligebant Iudęi dicẽtes. Quõ põt hic dare carnem ſuam ad manducandũ? ❡ Ad vltimam rõnem, dico qđ iſti in/uenientes in Paulo, qđ fides eſt nõ apparentium: Credũt inde elici poſſe cõſequẽtia neceſſaria, qđ ſit nõ exiſtentiũ. Dicant iſti: Eſt ne fides de hoc articulo: Deus eſt trinus, & vnus, & qđ Chriſtus mortuus eſt, & ſedet ad dexteram patris. Quid eſt ergo qđ dicunt, qđ fides nõ ſit exiſtentium: verum eſt, vbi appareant euidenter ſic eſſe: Euidentia.n.rei eſt, quæ fidem tollit nõ exiſtentia: neq; dicimus, qđ ſub ſpecie panis ſit verum Xpi corpus, quia nos ita credimus eſſe: ſed quia Xps dedit auctoritatẽ diſcipulis illud cõficiendi: neq; teemu s in fid e qđ caro Chriſti corporaliter comedatur, ſed in fide tenemus, ꝙ vera Chriſti caro comedit̃, veritate dicente: Caro mea vere eſt cibus: & ſanguis meus vere eſt potus. Si vere inq̃, ergo nõ methaphorice aut ſimilitudinarie. Si ergo hęc ſcripta ſunt in Euãgelio: cur nõ credam. Scripta ſunt.n. ꝑpter nr̃am credulitatem Ioã.20. neq; vias ad ſalutem multiplicamus, vt hæretici obiiciũt. Vna.n. via eſt Chriſtus. ſ.iuxta ſermonem Dñi Ioã.14. Ego ſum via, veritas, & vita: ſed illam et via, veritas, & vita, oſtẽdit inſtrumenta quibus ambulare debemus, per illam viam, dicens: Ego ſum pa/nis, q de cœlo deſcendi. Caro mea, vere eſt cibus. Sanguis meus, vere potus. Qui comedit meam carnẽ, & bibit meũ ſanguinem, vitam habebit æternã: & ſicut ego viuo ꝑpter patrem: ita ille viuit ꝑpter me, & niſi manducaueritis carnem filii hominis, vitam nõ habebitis æternam. Eſt.n. illa caro, verbum cibatorium animæ, & ſic patet, Dei gratia, rationes hæreticorum non cõcludere contra ſolidã & Catholicam veritatem Euchariſtię.

❡ Completum Romæ in Palatio Apoſtolico, in ędibus Reuerẽdiſſimi & Illu/ſtriſſimi Nicolai Cardinalis Ardinghelli. Si aũt aliqua dicta ſint, quæ Catholicæ veritati repugnẽt: illa abiuramus, & nos noſtraq; omnia, ſacro Cõcilio & Romano Pontifici eius capiti, immo totius eccleſiæ & dei Vicario, ſumma cum reuerentia ſubmittimus. Completum anno ætatis meę. 44.

❡ Opuſcula clariſſimi, & profundiſſimi Theologi. D. Ioã. Antonii Panthuſæ Coſentini: De Prædeſtinatione, de libero arbitrio, operibus, & dei gratia: & de vera Chriſti carne, & vero eius ſanguine in ſacramento Euchariſtiæ: Vt ad honorẽ Chriſti, & vtilitatem eccleſiæ, publicari poſſint ipſa Typis: Ex officio perertrans oculis offendi, non modo ſacroſanctę fidei pugnam nõ inferre: verũ etiam, eiuſ/dem fidei dilucidationi, ſnarum veritate, copia, virtute, profunditate, plurimum cõferre. IN quorum fidẽ, præſentibus quæ huius meæ approbationis teſtimo/nium perhibeant, manu propria me ſubſcripſi. Datum Romæ ex Apoſtolico Palatio. iii. Kal. Octobris. 1545.

❡ Frater Bartho. Spine, Piſanus, Ordinis prædicatorum: Magiſter Sacri Palatii.

❡ Romæ apud Antonium Bladum Aſulanum. M. D. XLV.

BIBLIOTECA ... ROMA

¶ Errores, qui hoc in libro comperiuntur.

Imprimis: lege fides, vbi fidei inuenies	fol.	3.	pagina.1.	linea.39.
fiat, vbi fiet	fol.	eodẽ	pagina.2.	li.26.
ſine, vbi ſiue	fol.	10.	pagina.2.	li.3.
diſcie, vbi dicit	fol.	12.	pagina.2.	li.12.
dicit, vbi diſcit	fol.	eodẽ.	pagina.2.	li.14.
erga, vbi erge	fol.	13.	pagina.2.	li.33.
aftigeret, vbi affligeret	fol.	14.	pagina.2.	li.28.
perſonari, vbi perſonati	fol.	19.	pagina.2.	li.28.
impaſſibilitatem, vbi impoſſibilitatem	fol.	20.	pagina.1.	li.27.
infirmiori, q̃ firmiori, vbi firmiori, q̃ infirmiori	fol.	eodẽ.	pagina.2.	li.26.
timeat, vbi teneat	fol.	23.	pagina.1.	li.29.
credimus, vbi credimu;	fol.	24.	pagina.1.	li.24.
volens, vbi nolens	fol.	eodẽ.	pagina.2.	li.14.
Nota, no/eſſe ſuperfluum	fol.	26.	pag.1. li.34.i fine.	
ſiue, vbi ſiue, ibidem				li.35.
conſtituere magis, ubi conſtituerem;agi	fol.	28.	pagina.2.	li.16.
uoluntati, vbi voluntatis	fol.	36.	pagina.1.	li.4.
& voluntatis, vbi voluntati, ibidem				li.6.
principii, vbi principi	fol.	eodẽ.	pagina.2.	li.32.
qui ſunt, vbi quę ſunt	fol.	37.	pagina.1.	li.25.
ruinarum, vbi minarum	fol.	42.	pagina.2.	li.15.
areſchamus, vbi areſihamus	fol.	44.	pagina.1.	li.2.
ſecundum, vbi ſecundam	fol.	45.	pagina.2.	li.4.

Et ibidem linea.25.vbi in impietas, lege tantummodo, vbi impietas
Et ibidem linea.26.nolebam, vbi volebam
Et ibidem in principio vltimæ lineæ, partem, vbi artem

iuſtificari, vbi iuſtificati	fol.	47.	pagina.1.	li.14.
intenſiſſime, vbi intenſiiſſime	fol.	48.	pagina.1.	li.4.
ſaluari, vbi ſaluati ibidem				li.16.
pro beatitudine, vbi per beatitudine ibidem				li.17.
ſubſtantiuatum, ubi ſubſtantiuum	fol.	56.	pagina.1.	li.37.
conſona, ubi conſonant	fol.	61.	pagina.1.	li.36.
Et conſequenter, ubi cnoſequenter	fol.	eodẽ.	pagina.2.	li.25.
quidam non intelligentes, ubi quidã intelligẽtes	fol.	64.	pagina.1.	li.15.
deceret, ubi diceret	fol.	70.	pagiua.1.	li.29.
lac, ubi hac	fol.	eodẽ	pagina.2.	li.5.
poſt (ſi liber eius) adde eſt	fol.	67.	pagina.1.	li.3.
& auguſtiſſima, ubi anguſtiſſima, ibidem				li.5.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google